fornacis sic ex humoribꝫ viscosis ꝛ grossis dū est calor adurēs in vijs vrine generant̄ harenule. q̄ inuicē iūcte lapidē ꝯstituūt. et ad talium viscosoꝝ humoꝝ generationē aptissim⁹ est caseus ꝛ ꝓprie cū macharonibꝫ laganijs et ferculis de pasta comestus: caseus vet⁹ assatus aut pistus et lotus aliqn̄ cū aqua rosata vētris fluxū mirabiliter restringit: et licet hoꝝ nocumētoꝝ sit caseus: verūtn̄ cū post comestionē pua ex eo sumit̄ quātitas os stomachi corroborat ꝛ cōfortat: eiusqꝫ bonū sigillū existit: ascēsum fumoꝝ ad caput reprimit. satietatē ꝛ fastidium ex dulcibꝫ et vētosis cibis ꝓueniētē remouet. nec vos ꝯturbat pr̄. S. ꝙ caseus ita vobis familiaris existat cibꝫ: q2 ꝓpter lōgā ꝯsuetudinē ꝛ auiditatē appetit⁹ ad illū in vobis maxima pars suoꝝ nocumētoꝝ affert. nā sicut in regulis gn̄alibꝫ dictū est cibꝫ ꝯsuet⁹ ꝛ q̄ cū appetitu sumit̄: etiā si malus sit meliorē gn̄at sanguinē ꝙ laudabilior cibꝫ nō cū tāto appetitu comestus: imo tāte v̄tutis existit a pueritia comadēdi ꝯsuetudo ꝙ venenū et medicina venenosa i bonū nutrimētū ꝯuertit̄. vn̄ apud indos dū malos reges habeāt puelle q̄ pulchriores videbant̄ fieri ex napello herba venenosissima a puissima incipiēdo quātitate quousqꝫ ille puelle comederēt loco cibi. ꝛ om̄es reges cū eis coeuntes interibant.

De carne. Capitulum. xxxv.

Caro inter oēs cibos optimi est nutrimēti. corp⁹ corroborat cōfortat ꝛ impinguat. et ei⁹ cibꝫ est ꝓpinque ꝯuersiōis in sanguinē ꝛ inde q̄ multas comedūt carnes et ꝓprie cū potu vini incurrūt repletionē qua ꝓpter indigēt sepi⁹ flebothomia aut medicia solutiua scd̄m oportunitatē: bonitas ꝛ malicia carnis multis variat̄ modis: quos ꝑ sanitatis ꝯseruatōe attēdere oportet. et primus mod⁹ sumit̄ ex dr̄ia sexus. Scd̄us modus sumit̄ ex dr̄ia castrationis. Tertius ex dr̄a iuuētutis. Quartus ex dr̄ia regionū vbi morā trahunt. et herbaꝝ et pascuoꝝ quibꝫ aīalia vescunt̄. Quintus ex dr̄ia grassitiei ꝛ macredinis: aut sanitatis et egritudinis. Sextus ex dr̄ia tēpoꝝ āni i quibꝫ caro comedit̄. Septim⁹ ex dr̄ia artificij: et modi ꝑparādi et coquēdi. Octauus ex diuersitate et dr̄ia spēꝝ aīaliū scd̄m eoꝝ ꝓpriā naturā. Nonus ex differētia et diuersitate mēbroꝝ. De prima differētia cum oīs masculus calidior sit et siccior quacūqꝫ femella sue speciei variabit̄ bonitas carnis scd̄m sexum apud variationē nature spēꝝ aīalium. nā licet vt plurimū caro masculoꝝ laudabilior sit carne femellaꝝ: tn̄ in quibusdā spēbꝫ caro femelle laudabilior existit: sicut caro capre respectu hirci. ꝛ caro gallie respectu galli. De scd̄a dr̄ia videm⁹ castrata aīalia meliora eē ꝙ masculi et femelle spēi: q2 masculi castrati meliores sunt ꝙ femelle ꝓpter naturā masculinā: et meliores sunt

q̄ masculi: q2 ex castratiōe naturalis calo2 remittit: et silit̄er siccitas et ad quoddā spēi tpamētū castrata aīalia reducunt̄. nā dū cōpat̄ ad masculos nō ledunt̄ a coitu qm̄ vt de ptibus aīaliū inquit Aris. aīalia multū coeuntia cito senescūt: et exsiccant̄ eoꝝ carnes ꝛ indurātur. et naturā senectutꝭ acq̄rūt. ꝛ p compatiōnē ad femellas nō ledunt̄ a ptu aut ouisatōe videm⁹ em̄ vaccas cap2as pecudes ꝛ hm̄ōi nō pturiētes melio2es habere carnes q̄ pturiētes: et gallinas nō ouisantes melio res esse. ꝛ ideo d2 q galline in hyeme melio2es sunt q̄ p cetera āni tpa: q2 in autūno vt plurimū ouisare dimittūt: ꝛ ppter has causas etiā fe melle aīaliū castrate: vt in castratis scrophis et gallinis q̄ caponisse dicunt̄ apparet. Verūtn̄ castrata aīalia p debilitatū esse calo2ē p2iū multiplicāt hūiditates ꝛ pinguedinē nō multū bene digestas: q̄ q̄nqꝫ mali existunt nutrimēti. De tertia differētia. manifeste videm⁹ etatē aīaliū multū ꝯferre ad bonitatē carniū. P2ima em̄ etas aīaliū est hūi da. et q̄to magis ad senectutē tēdit ē siccio2: licet posset aliqn̄ hūidita ditate accidētali humectari. Aīalia quidē quoꝝ naturalis ꝯplexio est sicca in illa etate melio2a sunt i qua eoꝝ ꝯplexio et naturalis siccitas cū hūiditate etatiue ꝯplexiōis ꝯtēperat̄: qd nō ita ꝯtingit de aīalibꝫ naturaliter hūidā ꝯplexionē hn̄tibꝫ: et ideo dicimus q̄ agni ꝛ po2ci in tēpo2e lactatōis sunt mali et humidi et grossi nutrimēti stomachum grauātis. q2 eoꝝ naturalis hūida ꝯplexio cū hūiditate etatiue et pue rilis ꝯplexiōis adiūgit̄: sꝫ vlterio2i pcedēte etate ad maio2ē siccitatē hūida naturalis eoꝝ ꝯplexio in etatiuo discursu ꝯtēperat̄: ꝛ ideo apd medicos et pp2ie apud arabes vbi nō est multū in vsu arietum castra tio magna laude extollitur caro annualis agni ante pollutionē: oīs aūt caro aīaliū antiquoꝝ est pessima et difficilime digestiōis: ꝛ malo rū humoꝝ ꝛ similiter aīalium ab vtero exeuntiū. aut partui ppinquo rū. Et aues ante o2iginē bonaꝝ pennaꝝ putrescibiles humo2es gene rant stomacho ꝛ toti co2po2i abhoīabiles. De quarta differētia. Vide mus em̄ scdm̄ diuersas regiōes diuersa aīalia melio2a esse vt i locis mōtuosis et petrosis melio2es castrati pducant̄. subtilioꝝ leuio2um et sapo2osioꝝ carniū. Ex maritimis et paludosibꝫ regionibꝫ ꝯtrariū ex melio2ibꝫ enim herbis et pascuis melio2es humo2es lac et carnes pducūtur: et tanto melio2es carnes aīalia pducunt: q̄to eoꝝ nature pp2tionatio2es cibos habent. vnde po2cos melio2es carnes habere dicim⁹ dū glādes comedūt q̄ dum herbas. et capones et gallinas me lio2es esse ex frumēto aut milio nutritos q̄ ex herbis aut surfure. De quinta differentia. absolute melio2a sunt animalia media inter ma credinē et multā pinguedinē. quia multa pinguedo appetitum obtū

dit stomachum debilitat ꝛ digestionem impedit: et ad malos hũores corpus preparat. vnde cautela ex pinguibꝫ aĩalibꝫ macriores carnes comedere: et ex macris animalibus carnes pinguiores eligere. De sexta differentia. calida animalia meliora sunt in hyeme propter suam humiditatem et frigida in estate. vnde caro porcina apud illos quibus nõ contradicit appetitus melior est in estate ꝙ in hyeme ꝑpter suã humiditatẽ et pipiones meliores sunt in autũno ꝙ in vere et pue aues in vere. dũ nidificãt nõ sunt bone. in autũno aũt ꝗ ex vuis et ficubus nutriũtur sunt meliores: et turdi meliores sunt in hyeme dũ nõ tm̃ exercẽt̃ ĩ volatu tp̃e niuis cũ pastũ vermiculoꝝ circa radices arboꝝ ꝗrẽtes sunt. De septima differẽtia. magnã quidẽ diuersitatẽ ꝛ differẽtiam acquirũt carnes ex modo ꝑparãdi. pinguissimas carnes melius est assari ꝙ elissari: ꝛ meliores sup ardẽtes prunas piectas vt supflua eoꝝ humiditas super carbones fluat ꝛ resoluat̃ et siccior reddat̃. Carnes macerrimas meliꝰ est elissare ꝙ assare vt eaꝝ siccitas cũ humiditate aquea ꝯtempet̃ medie aũt carnes assari ꝛ elissari possunt scd̃m naturã aĩalis et comedẽtis appetitũ ꝛ quorũdã aĩalium carnes meliores sunt assate vt porcoꝝ et alioꝝ humidoꝝ: ꝛ quorũdã meliores sunt elissate vt carnes bouine et alioꝝ siccoꝝ. carnes frixe ꝛ carnes in visculo cũ al muri coquinate inter assatas ꝛ elissatas in virtutibꝫ medie existũt. licet frixe assatis sint ꝑpinquiores: et in visculo coquinate elissatis. Et cauẽdũ est ne carnes assate fortiter coopiant̃ imo disco operte dimittãtur: nã cũ carnes assate nimiũ cooperiunt̃. vt ꝓhibeat̃ eaꝝ euaporatio ad venositatẽ ꝯuertũtur. vt autores volũt ꝛ expimento cõpertũ est. carnes assate maioris et melioris sunt nutrimẽti. et robustis corpibꝫ ꝯueniẽtiores ꝛ difficilioris digestionis ꝛ siccius nutrimẽtũ generãt ꝙ elissate: q: carnes elissate sunt humidiores humiditate aquea et accidẽtali: licet carnes assate humiditate ꝑpria ꝙ elissate. Caro quidẽ assata in ꝑpria humiditate decoqtur: elissate vero in aliena ꝗ suã extrahit hũiditatẽ. Vñ caro elissata siccior reddit̃ humiditate ꝑpria ꝙ assata. nec carnes assande ilico ad magnas prunas approximari debent: q: intẽpestatiuã faciunt crustam. impedit̃ caloris penetratio ad ptes intrinsecas. et decoctio centraliũ ptiũ. Ideo dixit Aristo. artificiosius esse assare ꝙ elissare. carnes insup vltra earum ꝑprias naturas tales acquirũt virtutes quales sunt res cũ quibꝫ condiunt̃: oĩm haꝝ regulaꝝ ꝛ aliaꝝ quas hic gratia breuitatis omittimꝰ testimoniũ reddit expientia. De octaua autem diuersitate. Clarũ est quasdam species aĩalium meliores carnes habere quibusdam. absolute melior caro inter volatilia dicitur starna: aut fasianus et galli

na: inter siluestria capreolus et porcus siluestris iuuenis añ pollutio nem. et similiter in membris existit differētia: vt meliores sunt car nes testiculorꝝ et mamillarꝝ ꝙ epatis ⁊ aliorꝝ mēbrorꝝ. vt aūt isti⁹ octa ue diuersitatis habeāt noticia ponent̄ virtutes fere de qualibet spe cierꝝ aīalium comestibiliū et eorꝝ mēbrorꝝ ⁊ primo tāꝙ a nobiliori inci piēdo de starna. Caro starne ex subtilioribꝫ et leuioribꝫ auiū carnibꝫ existit ad tēperamentū declinat ⁊ corpus impinguat cor ꝯfortat eius debilitatem curat. epati stomacho et hidropisi confert. et in coitu au gmentum facit. et in his qui subtili volunt custodiri regimine conue nientior est et meliores sunt ei⁹ pulli. Caro perdicis: quia perdix est species starne. licet quidam aliter dicant: augmentū bonum in cere bro et intellectu prebet: coitum exitat: et eius materiā augmentat. ca ro fasiani licet Auerrois velit ipsam esse meliorem ex carnibus auiū tamē inter bonitates starne et galline media existit caro gallinacea. Gallorꝝ melior est ille q̄ nondū cātat. nec dū coiuit: et gallinarꝝ melio res sunt que nondū ouisant. melior est illa que in ventre edi assatur. ⁊ quidam ex antiquis autoribus laudant capones esse meliores omni carne volatilium et caro pullorꝝ in cerebro et intellectu augmētū fa cit. et pullus masculus melior est ꝙ femella. caro gallinacea ꝯfortat pectus. sanguinē ex naribꝫ fluentē retinet. vocē clarificat. et corpus impinguat. ius galli antiqui et solutioni et doloribꝫ vētris potatum ꝯfert. Caro coturnicis ex ea timet̄ spasmus: quia comedūt aliqñ hel leborum herbā venenosam et spasmosaꝫ quidā ex antiquis dicūt nu trimētū earꝝ esse optimū ⁊ spermatis generatiuū. De coturnice ⁊ qua lea inter autores est magna dissentio. nā periti apȯ hystorias lingue latine p coturnices intelligūt qualeas: et sic intellexit trāslator Aui cenne in cap. de coturnice scribens ꝓprietatē qualearꝝ: ꝙ timet̄ ex eo spasmus: q: helleborū comedūt. Plurimi autores p coturnicē intelli gunt auem quandā maiorē perdice cū pēnis pictis. et est in bonitate carniū perdicis. Caro colūborꝝ. Pipiones sunt calidi ⁊ humidi super flue et illi qui volare incipiūt sunt leuioris et melioris nutrimēti. pul litñ columborꝝ flegmaticis multū conueniūt. et in colericis ꝯditi de bēt cum agresto aut simili frigiditatē alterante. colūbi antiqui dure sunt digestionis et illaudabilis nutrimenti. Caro turturis quidā di cunt ꝙ turtur est perdix et errant eius nutrimentū est stipticū et mira biliter in vētris fluxibus ꝯfert. Auicēna laudat carnes turturis esse meliores carnibus oīm volatiliū. et dr̄ in arabico duraꝫ vel alduraꝫ et hoc est q: in regiōe Auicēne sunt meliores ꝙ in italia vt dicūt qui ibidem habitāt. vel quia turtur sua proprietate confortat cerebrum.

et intellectiuam virtutem. et in coitu augmentum facit. Caro passe
ris calida est. mali nutrimenti et facilis digestionis et luxuriam com
mouet. Caro alaude per se stiptica est: ventrem stringit: sed brodium
ꝑpter vitrositatem quam habet extrahendo illam in coquendo ven
trem soluit. Caro anatis calidior est omni carne volatilium dome-
sticorum. frigidis complexionibus confert: et calidis nocet. si frigi-
dis condimentis non alteretur impinguat. resoluit ventositatem. et
clarificat vocem: cum autem eius caro digeritur est maximi nutri-
mēti. ⁊ ꝓprie stomachus seu griscibile eiꝰ. Caro anseris frigidior car
ne anatis et ab ea parumper differt. ⁊ meliores partes eius sunt ale/
pectus/ aut venter. Caro gruis/ pauonis/ strutionis/ et magnarum
auiū grossi est nutrimēti et difficilis digestiōis: nec ꝑ nutrimēto mul
tum condecens. Caro volatilium aquatiquarum in lacunis flumini
bus et pratis aquosis commorātium grossa est et superfluitates gene
rans. et vsus eius nō est laudabilis. Aues minute boni sunt nutrimē
ti. et proprie dum non nidificant: et dum sunt pingues. ⁊ istius condi
tionis est turdus. sed timetur comestio stomachi eius seu grisibilis.
qꝛ quidā dicunt ꝙ nappellum comedit: que est herba venenosissima
Caro qualie calida est et humida: sed tempore veris dum ad nos qua
lie reuertuntur melancolica est et sicca et mali nutrimēti. in autūno
aūt dū pinguis est: bonū prestat nutrimētū. facilis fit digestionis coi
tū ⁊ eius materiā augmētat. de ꝓprietate qualee magis credendū est
qđ dꝛ supra de coturnice. Caro caprioli ē ex carnibꝫ siluestribꝫ lauda-
bilior boni nutrimēti: ⁊ paucaꝝ sup̄fluitatū. licet sanguis ex eo gñatꝰ
ad aliqualē melācoliā tēdit. Caro leporis frigide ē ꝯplexiōis et sicce:
licet dicat̄ ꝙ in q̄busdā locis sit calide: boni est nutrimēti: sꝫ gñatiua
ē hūoꝝ melancolicoꝝ magis ꝙ̄ caprioli: coagulū eiꝰ est ꝯstrictiuū: ⁊ vē
tris ē tiriaca ad oē venenū cerebrū leporis facit infātibꝫ cito oriri dē
tes. Caro edi est ex melioribus carnibus domesticis nullā habens in
se malicie admixtionē si nō sit multū ꝑtui ꝓpinqua: qꝛ tunc in se visco
sitatem et superfluam humiditatem habet. dum magnus est edus ⁊
pinguis cōtemperat̄ sua naturalis cōplexio sicca ab hūida etatiua: ⁊
ꝑpter hoc leuem subtilem et contemperatum sanguinē generat nec
conueniēs est multum laborātibus: qꝛ cito resoluitur ꝑpter eius sub-
tilitatem et teneritatem substantie nutrimenti quod ex ea generat̄.
Arietum castratorum caro melior est carne agnoꝝ. multum etiam et
bonum sanguinem generat. calida est et humida quasi ad tempera-
mentū declinās si in iuuenili etate sit. Decrepiti aūt vt supra dicebat̄
sūt pessimi. Caro bouina frigida est ⁊ sicca difficilis est digestiōis ⁊

grossum turbidū et melancolicum generat nutrimētum ad quarta//nas febres preparat: scabiosis et leprosis nocet. Ditulina aūt ꝓpter temperātiam etatis vt supra dicebatᷣ homini ꝛ fere tēperati nutrimē ti existit. Caro porcina sicut alie carnes variatᷣ in bonitate ꝛ malicia scđm varietates etatū. multū humida et viscosa est. nutrimētū eiꝰ est bonū ꝛ est multū ꝯueniēs magis robustis corporibus ꝙ delicatis: qꝛ est tarde resolutionis: sꝫ ꝓpter eius viscositatē nocet paraliticis/po//dagricis ꝛ dolorē yliorꝫ et lapidem renum aut vesice habentibꝫ. Sꝫ caro porcina siluestris est laudabilior si iuuenis sit vt supra dicebatᷣ et caro cerui fere similis existit carni bouine. Caro ericij quidam est terrenus et quidam est montanus. eius caro resolutiua et exiccati//ua est. vsus eius licet nō generet multū bonos humores: tamen mul//tarum existit virtutum. stomachum confortat. vētrē soluit. confert le pre et scabiei. Caro salita ꝯfert hydropicis et lapidi renū. et eius aai//duatio cōfert mingentibꝫ in lecto ita vt difficile sit vrinare. licet qui dam dicant ꝙ vrinam ꝓuocat: et confert vermiū morsui. Restat de ꝑ//ticularibꝫ mēbris aīaliū dicere et primo de cerebro: meliora sunt eīm cerebra volatiliū. Caro tū cerebri frigida ē ꝛ hūida flegmaticas gene rans hūores fastidiū in stomacho inducit. Si post cibū comeditᷣ vomi tū prepat. Ideo cerebrū comedēdū est in principio cibi conditū cū aro matibus aut aceto et menta et similibus. bonū dat nutrimētū si dige ritur. calidas cōplexiones habentibus confert. coitus materiā auget et ventrem lenit. cerebella oīa salubria sunt ad venena habita et ad morsus venenosorꝫ dū comeduntᷣ ꝛ quidā hanc laudem maxime attri buūt cerebello laudis et cuniculi. Capita aīalium grossi sunt nutri//mēti: et ad febres colericas ꝑparāt multū tū nutriūt. et seminis mate riā augēt: oculi si tenerrimi et pinguis sint aīalis et circa eos pingue do existat frigida sunt et humidi et boni existit nutrimēti: lingua hu morem generat humidum et fere tēperatum inter mollē et durum: ꝛ si cum carne glandosa sibi adiuncta vnde saliua causatᷣ comeditur bonum est ꝓpter viscositatē et hūiditatē cū dulcibꝫ aromatibꝫ cōdiri. Cor frigidū est et siccū. ideo melancoli existit nutrimēti. et tarde di//geritᷣ: et multū nutrit. nec istud ꝯtradicit illi qđ supius dicebatur cor esse fontē caloris in iuuentute. ꝛ vite fundamētū. nā aliter situantur et graduantᷣ in completione mēbra viuētia respectu tēperati mēbri nostri corporis: et aliter eadē mēbra mortua ī cōparatōe ad nutrimē tum aut cibum temperatum. cor enim viuens est calidissimum in ge nere membrorum viuentium: et cor mortuum in genere ciborum est frigidum: et sic est de viuentibus animalibus. Vt lepus in genere

aīaliū viuētiū est frigidus ⁊ siccus: et tñ autores ponūt carnē in gene re ei⁹ ciboꝝ esse calidā et siccā multū em̄ differt aliqḋ graduari in cō paratione viuētiū a semetipo graduato ī cōpatiōe ciboꝝ. Pulmo fri gidū et humidū generat humorē: et sic in genere ciboꝝ frigide et hūi de est cōplexionis ⁊ tñ in genere viuētiū mēbroꝝ calidus est et siccus naturaliter. pulmo est facilis digestiōis ꝑpter ei⁹ raritatē et ei⁹ leui tatē et est paucissimi nutrimēti. Epar humores gñat grossos. et ē dif ficilis digestiōis: ⁊ multū ī stomacho moraṫ. ⁊ remouet famē lōgo tpe ītātū ꝙ autores scribūt. ꝙ ex epatibꝫ fit cibꝫ quidā ex cui⁹ vnica co mestōe stat hō ꝑ aliquot dies sine fame epar tñ laudabiliorē generat sanguinē quē carnes pinguedinē non hñtes. epar lactātiū aīaliū est meli⁹: sꝫ iter cetera meli⁹ ē epar galline aut anatis pīguis. epar capra rū aut hircoꝝ detegit epilensiā et epilēticis nocet. nā cum ipm come dūt subito epilēsiā incurrūt. epar lupi epati hois multū ꝯfert. et ꝓhi bet metū ⁊ abhoīationē aque. Vbera seu mamille frigida sunt ⁊ sicca ꝑpter neruositatē. grossum et multū et bonū generāt nutrimētū: et si in eis est lac nutrimētū ē grossius. Splen tarde digestiōis ē sangui nē gñat melācolicū: acetositatē quādā in se hēt ꝑpter fuisse recepta culū hūoꝝ melācolicoꝝ vñ stomachū ꝯfortat et appetitū ꝓuocat. licet cito satiet: et inter ceteros splen porcinus est melior. Ale auiū omniū mēbroꝝ laudabilissime sunt. et melius generāt nutrimentū: et subti lius ꝑpter earum exercitium et fatigationem meliores sunt ale gal linarū rt anserum. et similiter colla anserum et gallinaꝝ sunt melio ra collis oim: ⁊ oīa colla sunt boni nutrimēti. si absqꝫ sanguīe in ipīs ꝯgelato cōedaṫ. Renes sūt difficil' digestiōis ⁊ horribil' saporis ꝑpter nutrimētū fuisse ex pinguedīe vrine cuius sunt colatoria: hūor ex eis gñaṫ malus ⁊ laudabiliores eoꝝ sunt renes lactātis edi. Vēter ꝑui et mali nutrimēti ē: et ei assimilanṫ viscera. ex quibꝫ fit trippa. flegma ticū gñat hūorē ⁊ impinguat. vētres aūt auiū sunt melioris nutrimē ti ꝑcipue gallinaꝝ et anseꝝ. tunica interior stomacoꝝ gallinarum et etiam aliarum auiū exsiccata ꝯfert ori stomachi: et dolori ei⁹. ex illa medici bonum electuarium ad eandē intentionē ꝯponunt. Testicu lus melior aīalium iuuenum: quia antiquorum non melius est nutri mentum mamillarum ꝙ̄ testiculorum preter testiculos gallorum q̄ boni plurimi et laudabilissimi existunt nutrimenti. et licet neruosi sint tamen facilis existunt digestionis tussi sicce et pectori conferunt eius leniendo asperitatem. vlceribus viarum vrine prosunt. et licet ꝑpter eorū viscositatem sint solutiui. tñ dissinterie ꝓsunt. et ventris fluxum stringunt: pedes anteriores pedibus posterioribus meliores

existūt. Cinamomū et cuminū quere in septimo cap. de aromatibꝫ. Cepe in cap. de acrumie. Cicercula in cap. de ciceribꝫ. colūbꝫ castratus. coturnix capolus/ceruus/ceberulla/caput/collū: oīa sunt in cap. de carne.

¶ De dactilo. Capitulum. xxxvj.

Dactilus calidus et humidus in primo gradu inter fruct⁹ boni existit nutrimēti. difficilis est digestiōis. bonū sanguinē generat. differūt dactili scdm diuersas regiones vbi sunt. ī calida eñ regiōe dulciores sunt ꝙ in frigida: ꝛ dulciores generat epatis ꝛ splenis opilatiōes: ꝛ citius digerūtur ꝛ vētrē lubricāt et meliorē sanguinē generāt.

De endiuia. Capitulum. xxxvij.

Endiuia quedā est siluestris ꝛ amarior: q̄dā domestica ꝛ ortulana cū folijs crispis. vtraqꝫ vtimur in salaticijs ꝛ ferculis q̄ recēs est frigida ꝛ humida est in primo. ꝛ q̄to plus de amaritudine ꝑticipat: tanto min⁹ de frigiditate et humiditate hēt. quidā tñ dicunt siluestrē frigidā esse in primo. humidā in scdo. licet endiuia nō generet tam bonū sanguinē sicut latuca meliores tñ v̄tutes hēt: et siluestris melior est ꝙ domestica: aperit opilationes epatis et venarū. et malā caliditatē extinguit. remouet fastidiū stomachi ex caliditate ꝓductū illū ꝯfortādo: et est res optima stomacho calido comesta aut superius emplastrata. hāc singularē inter ceteras herbas habet endiuia ꝙ tam in materia calida ꝙ frigida epati iuuamētū prestat. In calida quidē ratione manifestaꝝ qualitatū. ꝛ in frigida rōne aperitionis opilationū: et sue ꝓprietatis occulte qñ comedit̄ cū aceto stomachū ꝯfortat: ꝛ vētrē stipticat. Ipsa cū radice sui pistata aut emplastrata aut sucus ei⁹ bibitus pūcture scorpionū vespaꝝ et prauoꝝ vermiū venenosoꝝ ꝯfert.

¶ De eruca. Capitulum. xxxviij.

Eruca alia ortulana alia siluestris. calida ē in scdo: ꝛ sicca ī primo. sꝫ recēs hēt hūidita tē in primo licet inflatiā sit apit tñ opilatiōes epatis. sola comesta capitis dolorē inducit: q̄ a latuca endiuia aut portulaca remouet̄. eruca insup scdm varias cōplexiones ꝛ diuersam quātitatē diuersos ꝓducit effect⁹ Ab ipa cauere dñt colerici et sanguinei nisi cū predictis herbis frigidis comedat̄. De ipsa eñ si multa comedit̄ et sola acuit sanguinē: luxuriā remouet: eiusqꝫ materiā exsiccat: tpe aūt comesta ī frigidis cōplexionibꝫ digestiuā ꝯfortat. coitū incitat: et eius materiā auget. et ꝓprie si cocta comedatur.

¶ De enula. Capitulum. xxxix.

Enula calida est ꝛ sicca in scdo: licet aliqualē suꝑfluā humiditatem in se contineat: radice eius vtimur: aut in salatitio cū sua amaritudine aut cocta in tortellis cum ouis et cerebel-

lis et similibȝ. eius vsus melior est in hieme. ꝯfortat cor. pectꝰ atqȝ pulmoné a viscosis ⁊ supfluis hũoribȝ mũdificat. stomacho repleto ꝑdest epatis et splenis opilatiões apit. supfluus eiꝰ vsus spma diminuit et sãguiné putrefacit: sciaticis podagricis ⁊ dolorib ȝ oĩbȝ ex frigida causa ꝯfortat. et morsui serpẽtũ ꝑficua est enula. insup et ꝓprie sucus eiꝰ singularé hẽt v̄tuté vermes vt interficiat ipsosqȝ de corpore exire faciat edius ericius epar superiꝰ i.c. de carne. ¶ De ficu. Cap. xl.

FIcus q̄ recẽs est parũper est calida declinãs ad hũiditaté. sȝ ficus sicca calida et sicca in primo. ficus quidé oĩbȝ fructibȝ laudabilior ⁊ nutribilior existit: q̄ nõ est matura calida est ⁊ ardens: et mala ꝓpter lac eius: sȝ bene matura est ꝓpinqua: et nõ nocet. licet oẽs fructus sunt nociui: q̄q̄ cortex ficus sit dura ad digerẽdũ sicut cutis et semen pãnicosum sit mali humoris generatiuũ p se solũ: tñ ficꝰ si nõ existit in similitudine nutrimẽti carniũ: inter ceteros vero fuctus vehemẽtioris et laudabilioris et melioris existit nutrimẽti. ficus albe meliores sunt rubeis. et rubee nigris. oẽs tñ ficus virtuté hñt impinguãdi: licet eiꝰ impĩguatio faciliter resoluat̃ ⁊ principalis ꝯditio ficus est bonum generare nutrimẽtũ si in stomacho bonos reperit humores. sed si malos reperit ⁊ supfluos ⁊ ꝓprie q̄ est sicca malũ et penetratiuũ generat sanguiné: et secũ illos humores ad supficiem corpis et ptes cateneas ducit ⁊ ꝓpter hoc ficꝰ gñat pediculos: ⁊ exteriorem cutim humetãt: et sudare faciunt. et oĩs ficus tã recens q̄ sicca epilẽticis ꝯfert. pulmoné pectus gutturis asperitaté lenit. opilatões epatis et splenis apit. licet eis noceat: et duo apostemata sunt super illã dulcediné. vrinã ꝓuocat humores grossas a renibȝ ⁊ vesica expellẽdo. q̄ recens est aliqualiter nocet stomacho. sicca vero nõ nocet ⁊ sicca est mirabilis iuuamẽti in aperiẽdo vias cibi. ⁊ ꝓprie cum nuce vel amidola et virtuté habet solutiuã aliqualiter et ꝓprie cũ amigdola. primi fructus ficuum q̄ vt flores sunt quos follacia nos dicimus supfluã ⁊ indigestã hñs humiditaté. mali ⁊ grauis nutrimẽti et faciliter digestibilé. inde est q̄ sole exsiccari nõ possunt. licet in calidiori anni pte ꝓducant̃: et ab autoribs experimẽto cõpertũ est q̄ ficus nux et ruta de mane simul comesta ꝯtra oĩe venenũ ẽ. ⁊ ꝯtra pestilẽtialé aeré specialé virtuté prestat. ¶ De fungis. Capitulum. xlj.

FVngi inter ipsos et tubera est differentia. vt in. c. de tuberibus patebit: frigidi sunt ⁊ hũidi in quarto: licet quidã dicãt q̄ sint i tertio. difficilis digestiõis ⁊ hũoré generãt grossum fiet̃ ex eoꝝ cõestiõe stupor mẽbroꝝ dolor vẽtris apoplexia difficultas vrinãdi ⁊ pfocatio cũ morte. fũgoꝝ q̄dã sũt mortiferi ⁊ q̄dã nõ mortife

ri. fungi nigri in eorum substãtia virides et azurri sunt mortiferi. et illi in quoꝝ superficie est humiditas viscosa ꝛ apparens putrefactio: de iudicijs etiam fungoꝝ bonoꝝ credendum est exptis in regione vñ sunt. verũtamen experti in cognitione fungoꝝ qñqз decipiũtur: quia spẽs fungi boni ex incognoscibili re potest venenũ acquirere. fungi eñ ex vaporosa putrefactione oriunť. non ex seminibus aut radicis ꝓpagatione sicut alia vegetabilia. minera igitur ortus coꝝ posset eẽ sulphurea: aut alterius veneni ꝓductiua: ideo qui fungos colligunt attendere debent ꝛ cauere ne fungi iuxta ferrũ eruginosum oriantur aut arborem venenosum. aut arborem dãtem sibi malã qualitatem sicut oliue: licet quidã fungi iuxta oliuas sint etiam boni. attendant insuper cauernas serpentũ et vermiũ venenosoꝝ: quia ex istis iam multa mala exemplo reperta sunt. et multe familie ex comestiõe fungorum simul vna nocte periere. Ideo fugienda est eoꝝ comestio: sз si aliquando stupidissimus eoꝝ sapor nos decipiat: et oporteat intellectum sensui obedire. tunc attendendũ est ꝙ pira sunt tiriaca fungorũ elixentur ergo cum piris aut cum folijs piroꝝ. et ꝓiecta prima aqua recoquanť ad perfectionẽ: et ꝯdianť cum sale et aromatibus calidis et bibatur cum ipsis vinũ purum et bonum: quia in hoc virtutez hẽt tiriacalem: et bonũ est post ipsos pira comedere: non tñ que cum ipsis cocta sunt.

¶ De fari. Capitulum. xlij.

FAr est spẽs frumenti quo vtimur in ferculis: quasi tempate est complexionis ad caliditatẽ declinãs. multi ꝛ boni existit nutrimẽti laudabilem generat sanguinẽ: sed nimius eius vsus epatis et splenis opilatiõem facit. et nocet lapides ꝛ harenulas habẽtibus in renibus et in vesica. si ex ordeo fiat virtutem ordei obtinebit.

¶ De fabis. Capitulum. xliij.

FAbe frigide sunt et sicce propter temperamentum. virides aũt ad hũiditatẽ tẽdũt. et sunt peiores illis: quia hũiditates supfluas generãt: et stomacho magis nocent: oẽs fabe dure sunt digestionis: ꝛ ꝓpter suã vẽtositatẽ sunt multũ inflatiue: vñ vapores eleuãtur: et caput grauãt: spũsqз ingrossant. ꝛ mala somnia videre faciunt: et melius sunt excorticate ꝛ fracte ꝙ̃ q̃ cũ corticibз comedunť: lõga remollitio et multa decoctio et comedere eas cũ aromatibus et herbis calidis. eaꝝ vẽtositatẽ remouẽt: ꝛ ꝓprie ꝓiecta aqua prime decoctõis ꝯfert tussi ꝛ pectori ipm̃ lenificãdo: ꝛ cũ aceto ꝛ corticibз vẽtrẽ ꝯstringunt.

¶ De faseolis. Caplm̃. xliiij.

FAseoli calidi sunt et humidi in primo. humores grossos generãt ꝛ iflatiuos: vẽtrẽ mollẽ faciũt. ꝛ impiguũt. ꝛ vrinã ꝓuocãt

pectori et pulmoni iuuamētuꝫ prestāt. caputqꝫ grauāt: et ad somnia terribilia preparāt. sinapis origanū ⁊ vinū purū ab eis oē quasi re mouēt nocumētum. ¶ De feniculo. Capitulum. xlv.

Feniculus calidus est et siccus in scdo. eius vtimur folijs in ferculis et in salaticijs: bonos inter olera humores generat pectori ꝓfert: et vias opilatiōis aperit. radices eorum bone sunt cocte cū ciceribꝫ: qꝛ eoꝝ appetitiuā virtutē augēt. ſꝫ melior pars feniculi est semen eius. vrinā ꝓuocat. epatis opilationes aperit. et feniculus siluestris lapidē frāgit. oīs feniculus ꝓdest visui ⁊ eius vsus visum acuit: et quidā antiquoꝝ existimauerūt ꝙ serpētes in vere comedunt folia feniculi et fricāt oculos per feniculū dū exeūt de cauernis. vt eoꝝ visus cōfortet̄ et corroboret̄ ꝓpter debilitatē quā oculi eorum acquisiuerūt ex lōga mora terre in hyeme. Fasiani caro est in capitulo de carne. ¶ De grano pini. Capitulum. xlvj.

Granū pini modicū ad caliditatē ⁊ humiditatē declinat. est impinguatiuū: ꝓfert debilitati neruoꝝ et eoꝝ modificatōi pectori pulmoni et debilitati oīm mēbroꝝ auxiliū facit coitum incitat et auget: eius materiā multū incitat ⁊ auget: et maxime cum zucharo comestum. verūtn̄ virtutē mordificatiuā habet et nocet stomacho. et tale nocumētū ex ablutione et remollitione in aqua calida remouet̄. et qui calidā complexionē hn̄t debēt illud comedere cum zucharo cū melle et ꝓderit stomacho et meliores generat humores.

¶ De granato. Capitulum. xlvij.

Granatū maloꝝ granatoꝝ tres sunt spēs. dulces/muze/⁊ acetose. q̄ oēs frigide ꝯplexiōis sunt apud Auicēnā qui frigide complexiōis regiōis oriūdus fuit. scilicet extreme ꝑtis arabie versus septētrionē: ſꝫ acetose magis sunt frigide: deinde muze deinde dulces sunt minus frigide: apud ceteros aūt autores de calida regione oriūdos. dulcia granata calida iudicātur: qꝛ ī regiōe frigida mala granata nūꝙ̄ ad tantā dulcedinē veniūt vt debeāt calida iudicari. imo granata dulcia in regiōe frigida muza appellātur. in regione calida vsus maloꝝ granatoꝝ potiꝰ sunt ad medicinā ꝙ̄ ad cibum virtutē hn̄t citomoꝝ an̄ cibum instringendo ventrē ⁊ post cibum stomachum ꝯfortat. ascendētes vapores reprimit. accidētalem calorem et aeris calidi caumata extingūt. ⁊ cordis ꝯfortatiuā vtutē hn̄t. gallina/grus. in. c. de carne: gariofilus supra in. c. de aromatibus.

¶ De holeribus. Capitulum. xlviij.

Holera pauci sunt nutrimēti: ⁊ scdm̄ diuersas eoꝝ naturas vt ad cibū ⁊ potū ꝑtinēt: in diuersis reperiūtur capitulis.

¶ Iuiube. Capitulum. xlix.

I Uiube in ipſis autores ſunt diſcordes: quidā voluīt ꝙ ſint calide: q̄dā frigide: quidā ꝙ ſint ſicce. ſed aliqualē declināt humiditatē. difficilis ſunt digeſtiōis: groſſuꝫ generāt ſanguinē et pauci ſunt nutrimēti. pectoris et pulmonis aſperitatē minuūt. Et Gal. dixit ꝙ repit iuiubas in ꝯſeruāda ſanitate ⁊ remouēda egritudine aliquid operātes.

¶ De latuca. Capitulum. l.

L Atuca frigida eſt et hūida in ſcd̄o. ⁊ facilis digeſtiōis: ⁊ pauci nutrimēti: licet plus nutriat eliſſata q̄ͣ cruda. optimū generat ſanguinē. nutrimētū et ſanguis ex ea gn̄atus laudabilior eſt omni ſanguine alioꝝ holerū. et melior eſt ſi mūda colligat᷑ et nō lauet᷑: q: ablutio aufert bonitatē ex ea: aqua etiā in ſua hūiditate et frigiditate augmētū preſtat. et remouet bonā ei⁹ virtutē q̄ in ſupficie exiſtit ⁊ fit aliqualiter inflatiua: ſuauis tn̄ lactuca dormire facit ⁊ pfundius cū aceto comeſta appetitū inducit: et ſtomacho calido ꝯfert: ⁊ ſimiliter tuſſi ex calida materia gn̄ate. plurimus tamē vſus ei⁹ oculos obtenebrat. viſus debilitatē inducēdo puocat vrinā ⁊ remouet appetitū coitū ⁊ ei⁹ materiā minuit. et ppͥe ſemen ſuū qd̄ ī potu ſepe ſumptū hn̄tibꝫ nocturnas pollutiōes aliq̄n ī ſomnijs ſuis maximum quidē iuuamentū preſtat.

¶ De lupino. Capitulū. lj.

L Upinus ex ſui natura calidus eſt in primo. ſiccus in ſcd̄o: licꝫ quidā dicāt vtrūqꝫ in ſcd̄o. Lupinus amarus poti⁹ ad medicinā ptinet q̄ͣ ad cibum vermes interficiēdo ⁊ opilatiōes aperiēdo. dulceatus aūt ex frequēti aquaꝝ romollitōe ad nutrimētuꝫ eſt aptus et nō calefacit corpus quia ex remollitiōe caliditatē et amaritudinē depdit. difficilis aūt eſt digeſtionis: humores crudos et malos generat.

¶ De lente. Capitulum. lij.

L Ens frigida eſt in primo: ſicca in tertio: licet quidā dicāt ꝙ ad tēperamētū declinet. eius cortex eſt vētris ſolutiua ⁊ medulla eſt ſtiptica et difficilis digeſtionis ſanguinē generat groſſum et melancolicum: ad leprā ⁊ cācrū ⁊ alias egritudines melācolicas diſpoſitū. eſt inflatiua ex cerebro ⁊ pectori ppter eius exſiccationem nocet. viſum obtenebrat. et aliq̄n videre facit ſomnia mala: extinguit ſanguinis caliditatē: et materiā coitus exſiccat: vt aūt nō noceat debet excorticari abiecta prima decoctiōe: et in noua recoquatur aqua ⁊ cum aceto et aromatibus aut amigdolis ꝯdiatur: et vtilior modus ꝑparationis eſt cū ſcd̄a lentiū decoctione mociculꝫ farine ordei ad miſcere: ex cuius quidē comeſtione nutrimētū valde bonum generatur.

¶ De lacte. Capitulum. liij.

LAc tēperamēto vicinū existit. ad frigiditatē ⁊ humiditatem parumper declinās. licet quidā dicunt ipm calidū esse qd est tribꝫ substātijs declinās ex caseitate butirositate ⁊ aquosita te q̄ dicitur serū. de butiro aūt et caseo dictū est. de sero aūt non p̄ntis intentionis. qꝛ eius vsus potius ad medicinā pertinet q̄ꝫ ad cibuꝫ. lac est nobilis substātie et optimi existens nutrimēti facilime digestiōis et velocis ꝯuersiōis in sanguinē. nec mirū cū lac sit sanguis i mamil lis scdo decoctus: vbi ex mamillaꝝ natura albedinē saporositatē ⁊ ci bi habilitatē acquisiuit. diuersimode tn̄ lac bonitatē et maliciā ꝑtici pare pōt qui diuersam virtutē acquirit scdm diuersam naturā et cō plexionē aīalium ex quibus mulgeť: nam licet laudabilissimū lac sit muliebre tn̄ ꝓ nutrimēto nostro vtimur caprino / pecudino / vaccino / bufalino et similibꝫ. talē vero virtutē habet lac qualē fere aīal vnde ꝓuenit. sed pro meliori nutrimēto vtimur caprino: qꝛ stomachū ma gis confortat et epar minus opilat: et lac iterū melius est ex aīali iu ueni pingui sano q̄ꝫ antiquo: aut macro et infecto. et q̄ꝫto melioribus pascuis vtūtur aīalia. tanto laudabilius erit lac: et lac quidē vernale aut estiuale melius est q̄ꝫ hyemale aut autūnale. et melior modus su mēdi lac est ipsum bibere ieiuno stomacho: cum actuali caliditate si cut mulgeť. et differre cibum quousqꝫ de stomacho descenderit. appe tibilius est coagulatum comedere per spacium ante cibū: quia cū lac sit facilime digestiōis. si cū alio cibo admisceret: aut putrefieret. aut secū alter cibus indigestus trāsiret. et quiescēdū est ꝓpter lactis assū ptionem. ne ex motu ꝓpter tenerā eius substātiā aut corrumpať: aut acescat. lac multum et bonū generat sanguinē. cerebrū et coitus ma teriā augmentat. pulchrum inducit colorem: et ꝓprie cū zucharo mi xtum. pthisicis ⁊ ꝯsumptis hydropicis. ardori vrine: tussi pectori ⁊ spu to sanguinis bonum auxilium prestat. et ex natura quidē lactis est in illum humorē conuerti: quē in stomacho prednātem reperit. nā et si in stomacho sit calidiorꝫ humorꝫ abūdātiā ꝓpter sui butirositatē que inflamationi est inflamať corrūpiť: et in fumū ꝯuertiť. Vn̄ caput gra uat. sincopim ⁊ anxietatē inducit. Si vero i stomacho frigidi hūores abūdent. lac sua caseitate acescit. et in acidos et crudos hūores ꝯuer tiť. Stomachus lac sumens debet esse bene dispositus: et malis hūo ribus vacuus: et in bona et naturali sua ꝯplexione existat. Et timeť ne lac coaguletur ⁊ caseeť in stomacho. Ideo autores volunt vt cum ipo aut post ipsum sumatur zucharum aut mel sumēdum sit quod ab illo securitatem facit. Et abluendum est cum vino: aut cum aceto et aqua: aut melle ⁊ aqua post lactis assumptionem. Et remoueať eius

adherẽtia a dentibus et gingiuis: quibus ꝓpinquũ est nocumẽtũ in-ferri. Dũqꝫ capitis dolor adesset: cauendum est a lactis exhibitione qr illas auget passioues. Nimis eius vsus visum obtenebrat. lapidẽ in corporibus dispositus generat. ⁊ epatis opilationẽ inducit. Lac purũ per se ventrem lubricat. sed conctũ aut vbi ferrũ ignitũ et igniti lapides extincti sunt: est ventris ꝯstrictiuũ. Et lac optimũ est ꝯtra medicinas mortales: et ꝓprie ꝯtra potum cãtaridarũ: et helleboris: ⁊ argẽti sublimati: et aliaꝝ medicinaꝝ: quibꝫ humana pereunt corpora. Limones in. c. de citro. Lepus Lingua in capitulo de carne. Limacia i. c. de pisce.

¶ De mellonibus. Capitulum. liiij.

MEllones frigidi et humidi sunt in scdo: sꝫ humiditas frigiditati dñatur melioris sunt nutrimẽti q̃ poponisse aut alij fructus sui generis. Dulcis et maturus mello est ꝯueniẽtiorum et melioꝝ humoꝝ: et ꝓprie si cũ semine comedat̃. Mel lo et oĩs fruct⁹ sui generis aptus est ꝯuerti in illum humorẽ quẽ ĩ stomacho predñantẽ reperit: licet ad flegmaticos hũores facilius ꝯuertat̃. et quidã dicũt ad colericos: et cũ nõ digerit̃ nocet stomacho: vomitũ/ fluxum vẽtris/ et dolorẽ corporis/ vẽtositatẽ/ et rugitus: ⁊ cibi abhoĩationẽ inducit. ⁊ ꝓprie si cũ alijs cibis misceat̃. Ideo ab antiquis precipit̃ vt comedat̃: ieiuno stomacho ⁊ ab humoribꝫ mũdificato: et post aliquãtulũ spacij alter cibus comedi debeat nocet neruis ipos humectãdo: ꝓuocat vrinã. et ꝓprie cum semine eius. et renes ab arenulis ⁊ lapillis mũdificat: similiter et vesicaꝫ. Vt aũt nocumẽtum mellonũ remoueat̃: colerici debẽt bibere post ipm oxizacharã. id est iules ex zucharo aqua et aceto factũ: aut oximel: aut vinũ. aut de zinzibere ꝯdito comedãt. Reperiunt̃ aũt nostri autores discordes: si post mellonẽ: aut peponeꝫ: qḋ idem est: vinum aut aqua bibendum sit. Et sic fere de oĩbus humidis fructibus est ꝯtrouersia. Auicẽna aũt qui princeps apud sarracenos fuit: vbi ex eorum lege vini potio ꝓhibet̃: dixit nõ esse vinũ bibenduꝫ post hũidos fructus: et ꝓprie post pepones: qr ipos indigestos ad epar penetrare facit: et in putridos ꝯuertũtur humores. Et in hac ratione omnes fere autores ꝯueniunt. Apud nos auteꝫ quibus ꝯtinuus vini est vsus: cessat illa ratio. Magnã quidẽ vim habet ꝯsuetudo. Est nã-qꝫ res potissima in sanitatis custodia. Propter quod dicit̃ ꝯsuetudinẽ alterã esse naturã. imo melius est vinũ post mellones bibere q̃ aquã: licet ꝯtrarium apud sarracenos sit: et insuetos ad vinũ qui eo tm̃ pro medicina vtunt̃. neqꝫ Auicẽna vinũ post mellones omnino ꝓhibet: cũ ꝑcipiat humectatos ex melliõibꝫ bonũ et purũ vinũ bibere. Inde apḋ nos atritum surrexit ꝓuerbiũ: dum odoriferũ et potens gustanus vi

num id pro peponibus bonum existere. Et Isaac in dietis pticulari/bus dixit vinū vetus et odoriferū esse post persica: vt eoꝝ putrescibilitas corrigatur. Mellones iuli qui vt cornua torti sunt: quos etiā mellones saracenicos dicimus in simili virtute quodāmodo citrullorum existunt.

¶ De moro. Capitulum. lv.

Orū arboris celsi: quod dulce et maturū ad humiditatē et caliditatē declinat: parui est nutrimēti: stomacho nocet: ⁊ faciliter in eo corrūpit: et ex eo cito descendit: licet plurimo tempore stet in vētre. Ideo ante cibum comedendū est. vrinā puocat: ⁊ vētrem humidū retinet. Cum aūt mora dulcia in aqua frigida lauātur et frigidant: multū infrigidatiua fiunt: sitim auferunt. et calorē intensiorē extingunt. Mora celsi imatura frigida sunt et sicca. stomachum ꝯfortāt. et ventris fluxum ꝯstringunt. Eoꝝ aūt vsus magis ad medicinā ꝙ ad cibū ptinet.

¶ De mora. Capitulum. lvj.

Ora rubi nigra et perfecte matura calida sunt et sicca: pui nutrimēti. Ventrē stringūt. et dure sunt digestionis. Eorū vsus potius ad agrestes et rusticos est quā delicata vita viuentes: qñ in magna quātitate comeduntur caput grauant. bonū est anteꝙ comedant ipsa abluere sicut de moris celsi dictum est.

¶ De menta. Capitulum. lvij.

Enta ortulana q̄ aromaticum habet odorē calida est et sicca in scđo: licet in ipsa sit humiditas superflua. ex sua ꝓprietate cor letificat: ꝯfortat stomachū. calefacitqꝫ appetitū inducit. abhominationē ex putridis humoribꝫ factā remouet singultum et vomitū ex sanguīe aut humoribꝫ frigidis reprimit: excitat et adiuuat coitum ꝓpter inflationē q̄ in ipsa est et humiditatē supfluam. et ꝓpter hanc antiqui duces exercitium vt continentiores haberēt milites nolebāt mentā in eoꝝ castris apportari: aut plantari: vt in ꝓblematibus suis narrat Aristotiles. menta preterea interficit vermes. ⁊ sua ꝓprietate confert morsui canis rabidi.

¶ De maciano. Capitulum. lviij.

Acianū est de spē pomoꝝ: qđ a q̄busdā dicit malū appiū vel sibi simile. frigidū est et siccū in primo. et illud ī quo est aromacitas et dulcedo ꝓprietatē habet cor cōfortādi ⁊ letificādi et nutrimētū eius ī genere pomoꝝ meliꝰ existit. fouet enim spiritus nutriendo.

¶ De maiorana. Capitulum. lix.

Aiorana calida est et sicca in tertio: apit opilationes cerebri ꝯuenit doloribus capitis ⁊ humiditati atqꝫ vētositati eiusdē ꝯfert: eiꝰ puluis cū melle mixtus liuorē sanguis mortui sub

oculo ꝯtingẽtis remouet ⁊ similiter maiorana viridis īter duos lapi
des ꝯtusa eundẽ remouet liuorẽ. caput purgiũ ex succo vel aqua eius
cerebrũ mundificat et ꝯfortat. et supposita cũ aceto puincture scorpio
nis auxiliũ prestat.

¶ De melle. Capitulum. lx.

Mel est ros occultus de nocte cadẽs sup ⁊ reliqua qđ apes colli
gunt. ⁊ in regionibꝫ vbi ros manifestus est ab hoībꝫ colligit̃
⁊ mãna appella: mel calidũ ⁊ siccũ in scđo. ⁊ meli⁹ est qđ cũ bo
no odore dulce existit ad aliquale declinãs acumẽ est vt palea in colo
re et vernale melius est estiuo: et estiuũ autũnali. et pessimũ est hye-
male. mel incidit ⁊ mũdificat malos humores de interioribꝫ corporũ.
Frigidis ⁊ humidis ꝯpetit ꝯplexionibus: ⁊ ꝓprie senibꝫ: q: in eoꝝ cor
poribus cito in sanguinẽ ꝯuertitur. Calidis vero ⁊ ꝓprie in estate in-
cõueniẽs est: q: cito in colericos mutat̃ humores. mel quidem coctum
melius melle est crudo: q: crudum ventositatẽ et inflationẽ generat.
et cito penetrat: et velociter nutrit. ⁊ prodest suffocationi facte ex fun
gis venenosis. vrinã ꝓuocat: ⁊ tussi auxiliũ prestat: et mel in suis vir-
tutibus diuersificat̃ scđm diuersitatem floꝝ et herbaꝝ: ⁊ folioꝝ super
quos cadit: quod apes recolligũt. Acqrit eñ ros qualitatẽ herbe sup
qua stetit in nocte anteꝙ̃ ab apibꝫ colligat̃. Et ideo mel regionis bo
naꝝ herbaꝝ ⁊ arboꝝ melius est melle malaꝝ. Et mel si calefactũ cum
oleo rosato bibat̃: competit morsui vermium venenosoꝝ: et ei qui bi-
bit opiũ. Et eius comestio morsui canis rabidi auxiliũ prestat. ¶ Ma-
la granata i. c. de granato. ¶ Mala arãcia i. c. de citro. ¶ Mala. i. c. de po
mis. ¶ Mala apia in. c. de macianis. ¶ Mala citonia in cap. de citonia.
¶ Milium in. c. de panico.

¶ De nuce. Capitulum. lxi.

Nux quedã est recens: que est humida: quedã sicca. Nux sicca
calida est i tertio: sicca in primo: et quãto magis antiquat̃:
tanto magis humiditatẽ perdit. in tantũ vetustat̃ aliquãdo
vt naturam cibi amittat est difficilis digestionis. et nocet stomacho
calido: q: cito in humores colericos cõuertit̃: adustionem eleuans: et
fumũ faciẽs. Unde dolorem capitis: et oculoꝝ caliginẽ inducit. ¶ Nux
grauat linguã: et loquele impedimẽtũ prestat ꝓpter inhibitionẽ sue
humiditatis deagme in musculis lingue quod bene apud cantãtes
officium in quadragesima compertum est. superficiei oris: et tussica-
lide nocet. et eius gutturi nocumentum facit: tamen nux ꝓdest stoma
cho frigido. et ipa boni nutrimenti et bone digestionis existit. ⁊ ꝓprie
recens ⁊ condita cum melle. et renibus frigidis iuuamẽtum facit. cũ
nux pista et cum alijs rebus frigitur: stiptica: et fluxui ventris ꝓdest.
Nux ficus et ruta laudabilis medicina est contra omne venenuꝫ. Et

vsum eius in pestilenti tp̃e de mane ieiuno stomacho saluberrimū fore diuturno experimēto cōpertum est. Potest autē a siccis nocumētū remoueri: si exterior cortex aliquali ruptura cōtundat̃: et quasi vt recentes et virides fiant: saporosiores erunt: et fere absqꝫ nocumento existent.

¶ De nespila. Capitulum. lxij.

NEspila frigida est et sicca in primo. ad medicinā magis ptinet q̄ ad cibum. stomachum ꝯfortare solet. vomitum et ventris fluxū ꝯstringit: vrinā ꝓuocat: ꝑui tñ et grossi nutrimēti existit: ⁊ magis stiptica ē q̄ sorba.

¶ De nasturcio al's agretti. c. lxiij.

NAsturciū ē herba qua ꝑ ī salaticio vtimur qñqꝫ. Vulgariter dr̃ agretti: calidū ⁊ siccū ī tertio. In virtute fere sil'is existit eruce. Eius vsus in hyeme melior est q̄ in estate. Et in modica q̄titate pectori ꝯpetit: et pulmonē ab hūoribꝫ crudis mūdificat. appetitum inducit. licet stomacho mordicationē faciat. excitat coitū et vermes interficit. ꝯuenit bibitū punctioni venenosoꝝ vermiū cuꝫ melle etiā suppositū. Et eius suffumigatio expellit aīalia venenosa.

Nux muscata i. c. de aromatibꝫ.

¶ De oliuis. Capl'm. lxiiij.

OLiuis pro nutrimēto vtimur dū cōdiunt̃. ⁊ virtutē feniculi ⁊ aliaꝝ reꝝ quibꝫ admiscētur acquirūt. sunt difficilis digestionis: ⁊ ꝑui nutrimēti: hūores generāt grossos et stipticos. Remouēt stomachi abhoīationē. appetitū incitāt stomachū ꝯfortādo: et oris odorē bonū inducēdo. ⁊ sūpte post cibos īpediūt fumos ad caput ascēdere. ī medio vero prādio si sumunt̃ magis appetitū cōfortāt: et Galie. multū laudat ad excitādū appetitū oliuas ī aceto repositas.

¶ De oleo. Capitulum. lxv.

OLeū oliuaꝝ quoddā ex oliuis īmaturis exprimit̃: ⁊ dr̃ omphacinū. ⁊ est frigidū ⁊ siccū in primo. Aliud ex oliuis maturis fit qd̓ in vsu habem⁹: et est fere tēperatū: ad caliditatē ⁊ hūiditatē declinās. Cū oleuꝫ cōmune antiquat̃: ī virtute calidissimoꝝ oleoꝝ existit: ⁊ habilitatē ꝯdimēti ꝑdit. Si aūt omphacinū ātiquat̃: simile oleo cōmuni fiet. Et licet oleum omphacinū sit saporosius ⁊ cōfortāti⁹: tñ oleū cōmune absolute est meli⁹. Dēs olei spēs corpa ꝯfortāt. ſꝫ omphacinū cū sit stipticū ⁊ saporosi⁹ erit stomacho iuuamētū. Et potus olei cōmunis quātitate vnius ciathi ieiuno stomacho vermes interficit: ⁊ ipos extra vētrē inducit. Siquidē sumpto veneno ex oleo ⁊ aqua calida fiat vomit⁹ venēi maliciā reprimit.

¶ De ordeo. c. lxvj.

ORdeū frigidū est ⁊ siccū in primo. Far et panis ei⁹ est minoris nutrimēti q̄ tritici aut albeli. facil' ē digestiōis: abstersiuū refrigeratiuū. Et ei⁹ farina hēt virtutē stipticā. ꝓdest calidā cō

plexionem habētibus. et ventris laboribus ex vētositate factis nocet Tamen eius farinata pfectionē generat sanguinē ⁊ pectori et cerebro vtilitatē prebet.

De ouis. Capitulum. lxvij.

Oua fere tēperata sunt. et humane nature vicinitatē habēt licet albumen ad frigiditatē et vitellū ad caliditatē decli net: et ideo est albumen vitelli parūper durū ad digerendū et tardum ad egrcēdum. Ouor vitella cor valde ꝯfortant. cum ex laudabilibus auibꝫ accipiuntur: vt galline / starsene / fasiani et similiū. Facilime aūt digestiōis. et velociter in sanguinē trāsmutātur: et inter omnes cibos paruissima ex eis sequestrat̃ superfluitas Sanguinē generāt ꝯformē sanguini quo cor nutrit̃. scilicet subtilem clarum. ⁊ cito in cor impellit̃. Ideo pre ceteris alijs nutriētibꝫ ꝯueniē tiora sunt in dissolutione spirituū ⁊ diminutiōe sanguinis cordialis ꝯpetūt aspitati pectoris / tussi. spleuresi. ethice. raucedini vocis: strictu re pectoris. et sputo sanguis. Et si in aceto coquāt̃ cū cortice sicut sunt quousqꝫ indurētur fiūt stiptica. ⁊ vētrē ꝯstringūt. ⁊ vitella ouor cōpe tūt ardore vrine vlceribꝫ renū ⁊ vesice: ⁊ ꝓprie si cruda sorbeant̃ Oia oua i coitu augmētū pstāt. ⁊ naturā ex coitu debilitatē restaurāt. ouo rū pterea comestio stomachū a malis hūoribꝫ mundificatū reqrit: qr ꝓpter tenerrimā eor substāciā si calidos repit hūores putrescūt. ⁊ in putridā ⁊ colericā ꝯuertūt materiā. Si aūt frigidos repit. acescūt sicuc supra de lacte dicebat̃. Oua insup ex multis rebꝫ i suis bonitatibꝫ diuersitatē accipiūt. nā ex pdictis auibꝫ meliora sunt ⁊ maxie si sane pingues ⁊ i iuuētute exñtes sint ⁊ ꝓprie si ex bonis nutriant̃ rebꝫ: vt ex milio frumēto panico ⁊ hmōi. Nā videm⁹ oua ex gallinis pascētibꝫ herbas mala esse: et odorē atqꝫ saporē herbar qbꝫ vescūt̃ hre. Et oua gallinar ⁊ aliar auiū q̄ a gallo ⁊ suis masculis nō calcant̃. ab Aristo. oua vēti dicūtur. qr nō sūt plifica. minoris existūt bonitatis q̄ oua auiū suis masculis succūbētiū. q̄ plifica sunt: qm̄ ex naturali caliditate seminis masculi reddūt̃ oua melioris substātie: ⁊ laudabilis nutrimēti ⁊ facilioris digestionis. Oua anatis / anseris / pauonis / strutionis: et similiū mali nutrimēti sunt. grauem habent odorem: ⁊ stomacho fastidium faciunt. Oua recentia sunt meliora et q̄to pluriū dierū sunt tanto minoris bonitatis existūt. oua etiā ex diuerso pparādi artificio diuersam bonitatē ⁊ maliciā sortiūtur. Debēt quidē oua tēperate decoqui. vt sint tenera et sorbilia: qr cocta nimis vsqꝫ ad duritiem dure sunt digestionis ⁊ malos hūores generāt. Quinqꝫ tñ modis ꝯtingit oua in pparatione diuersificari aut elixātur aut assant̃: aut frigūtur: aut i totellis ponunt̃: aut in ficulis miscent̃. Et ex melioribꝫ pparādi

modis est assignatio cū cortice vt est ad lētū ignē aut elixatio in aqua Sꝫ autores maxime laudāt oua fracta in aqua decocta. q̄ ꝑdita dicūtur: q: calor depurat ouoꝝ supfluitatē vt ꝑ spumā apparet ⁊ etiā melius ouoꝝ vapores cortice nō impediti exhalant. vt cū hec ex aromatibus bonā virtutē hn̄tibus ꝯdiunt̃. et post ista in bonitate existunt oua elixata in aqua cū cortice suo integro vt sunt q: in decoquēdo eoꝝ hūiditatē naturalē ꝯseruat. cū aque hūiditas exsiccatiōi ignis repugnet Et post ista sūt assata cū cortice tote vt sunt ⁊ parūper a cineribꝫ discoopta. vt melior a fiat exalatio. ⁊ assata in testulis sunt nimis bona p̄dictis. ⁊ peiora sunt fricta: q: stomachū grauāt. ⁊ cito in fumositatem atqꝫ putredinē et malos hūores et colericos ꝯuertibilia sunt: ⁊ q̄ ī tortellis aut in viscul is decoquunt̃. media inter frixa et elixata existunt oua p̄terea mala vt venenū fugiēda sunt. et maxime ab illis in quibꝫ mali hūores ⁊ ꝓprie in stomacho dn̄ant̃: q: expimēto videmus ꝙ sola vnius oui putredine totū fetore reddit̃ ꝯuicituū. oua testitudinis cerebrum ꝯfortant. Ideo epilētis auxiliū p̄bēt. qm̄ ꝯtra caducū morbū virtutē hn̄t. oculi caro in. c. de carne.

¶ Persica. Capitulū. lxviij.

PErsica frigida sunt in scd̄o. ⁊ hūida in primo. non matura et similiter incisa ⁊ exsiccata stiptica sunt: sed matura et recentia velociter putrescūt. et in flegmaticos cōuertūtur hūores. ⁊ nimius eius vsus ad febres quotidianas p̄parat. Mala sunt facilis digestiōis et vētrē humidū faciūt. et vrinā multiplicāt. Nō matura aūt et sicca nō sunt boni nutrimēti et dure digestiōis sunt. et ventrē ꝯstringūt. Que bene matura sunt et aromaticū odorē habēt sunt bona stomacho. et in eis est virtus inducēdi appetitū. et specialē vtutē hn̄t ꝯtra fetorē oris: ⁊ ꝓprie si ex colericis hūoribꝫ fetor fuerit. Sua ergo ꝓprietate oris bonū odorē efficiūt. Persica aūt comedēda sūt an̄ cibū ieiuno stomacho post ipa vinū vetus odoriferū bibēdo: q: post cibū citissime putrefierēt. Verūtn̄ licet ita sit: q̄dā autores psica post cenā ꝯcedūt īmodica q̄ntitate. si prius ī bono vino ⁊ puro mūdata remolliātur: q: os stomachi ⁊ superiora mēbra refrigerāt. ⁊ ꝓprie cū ex assatis carnibus cena fuerit.

¶ Pruna. Capitulum. lxix.

PRuna frigida sunt in secundo. humida in tertio. quidā tamē dicunt pruna dulcia propinqua esse tēperamento. Meliora ex prunis sunt damascena. ⁊ pui sunt nutrimēti. Vsus prunorū dulciū stomachū humectādo nocet. vētrē lubricū tenēt. et colerā leniēdo soluūt. et recentia magis solutiua sunt ꝙ sicca. Pruna virida et pōtica mala suut et noxia absqꝫ nutrimēto. Ideo nō debēt comedi nisi matura. Que aūt muza inflamationem cordis sedāt. ⁊ colericos

humores reprimunt. ¶ Pira. Capitulum. lxx.

PIra multarum sunt spẽrum: quedã ex antiq̃s autoribꝫ volũt ꝙ pira dulcia ⁊ saporosa q̃ absqꝫ arena ⁊ aromacitatẽ ꝑticipant sint in genere omnium pomorum laudabiliora. et bonorum humorum generatiua. Verũ talia pira vere ꝓbata sunt. et virtutẽ hñt letificandi: ⁊ ꝯfortãdi cor melius q̃ mala citonia aut matiana. sed vt plurimũ pira frigida in primo: sicca in scđo. Bona sunt pira eligẽda stomachũ ꝯfortãt. ⁊ ꝓprie eorum semina. et cõferũt tussi et doloribus vẽtris licet caro pirorum qñqꝫ ex nimio vsu ventris dolorẽ inducat. et si cocta et cum aromatibꝫ calidis aut aniso. aut coriandro comedãtur: nocumentũ ab eis remouetur: ⁊ scđꝫ quod diuersa pirorum species requirit. sic pira cocta aut cruda comedenda sunt q̃ vt plurimũ post cibum comedũtur: si ventris fluxus nõ adest aut nõ timetur: vt pira dura mollescãt et sapidiora fiãt. aut elixãda sunt: aut super fumũ aque calide suspendãtur. Pira q̃dẽ post cibũ ꝓpter sui stipticitatẽ faciũt boni stomachi sigillũ ipm confortãdo. digestionẽ augẽdo. et vaporum ascensum reprimendo. Pira et eius folia ⁊ ꝓprie siluestria tyriaca fungorum est qui sũt supra in capi. de fungis. De portulaca. Capitulum. lxxi.

POrtulaca frigida est in tertio: hũida est in scđo. parui est ⁊ nõ multũ laudabilis nutrimẽti. Fluxũ atqꝫ sanguis sputũ et vomitũ ex humoribꝫ calidis factũ restringit. calorẽ extraneum ⁊ stomachi renũ vesice atqꝫ vrine ardorem extingũt Plurimus eius vsus pannũ qñqꝫ facit accidere in oculo: et appetitũ debilitat. licet quidã dicãt ꝙ sua põticitate stomachũ et intestina confortet. desideriũ et materiã coitus sua qualitate diminuit. et masticata dẽtiũ ꝯgelationẽ aut stuporẽ remouet. qui ex acrium comestione inducitur. ¶ Petrosellinũ. Capitulum. lxxii.

PEtrosellinũ vna ex spẽbus apij est calidũ et siccũ in scđo. licꝫ quidam dicãt in tertio. ꝓuocat vrinã renes et vesicam mundificando: eorũqꝫ dolorẽ remouẽdo: ventositates et vẽtris inflationes remouet. et totius corporis opilationes aperit.

¶ Poma que dicũtur mala. Capitulum. lxxiii.

POma que mala dicũtur diuersaruꝫ sunt spẽrum: dulcia/ muza/ et acetosa. omnia frigide et humide complexionis. sꝫ que dulcia sunt magis temperie propinqua sunt. et acetosa aut põtica siccitati assidua pomorum comestio dolorẽ neruorum euenire facit et ad diuturnã febrẽ corpus ꝑparat ⁊ putrescibiles hũores generat. et ꝓprie comestio imaturorum pomorum Poma aũt dulcia saporosa ⁊ aromatica ardori ⁊ debilitati stomachi ꝯferũt. vomitũ retinẽt: et appetitũ

inducunt. et si dura et perfecte matura nõ sunt. decoctiõe indigent et maxime si talis pomorum species requirit. Et melius coquendi modus est sup prunas eoꝝ semine abstracto. et zucharo aut melle impleri scdm comedẽtis complexionem. Et poma si sint magna scindunt̃ cum gladio per medium in duas partes. et cũ puncta gladij fiat scissura circum circa inter corticem et pulpam pomi et impleat̃ zucharo extracto semine et ponatur super prunas corticem versus ignem volvendo. Ex tali quidẽ pomoꝝ decoctione digestiora et sapidiora atq₃ saniora sunt. sitim extingũt. et ardorem colere reprimũt et stomachũ ꝯfortãt: et post cibum comedi possunt. et ꝓprie si cum aniso ꝯfecto aut coriãdro comedatur.

¶ De pastinaca. Capitulum. lxxiiij.

Pastiniaca apud arabes baucia dicitur. Duarum est specierũ alba silvestris seu campestris et rubea ortulana. Ambe sunt difficilis digestionis: pauci et grossi nutrimenti. seu cocte seu ꝑ in salatitio seu ꝑ ferculo comedant̃. Pastinaca em̃ cõfert tussi pleuresi et idropisi incitat coitum. et ꝓprie semen eius bis tamen elixãda est. et proiecta prima decoctione et secunda. Tertio cũ lactuca decoquenda est: et cum coriandro/aceto/pipere/cepe/et similibus condiẽda est. que autem condita est facilioris digestionis existit. frigiditati nervorum. doloribus dorsi et renũ conferens ⁊ magis coitum excitat Omnis pastinaca calida est in secundo et humida in primo. Attẽdẽdum tñ est apd̃ eos qui silvestres aut campestres pastinacas colligũt ne cũ ipsis aut loco ip̃arũ: quãdam cicute speciem colligerent: q̃ pastinacis talib₃ multum assimilatur: quia cicuta malos et stupefactivos et fere venenosos inducit effectus. Multos enim ex tali errore infatuatos vidi. et fatuorum verba et facta facere quousq₃ cicute accidentia sedata fuerint.

¶ De piscibus. Capitulum. lxxv.

Pisces multarum sunt specierum. de quoꝝ natura et modo preparãdi oportet credere habitãtib₃ in regiõib₃ vbi degũt Vniversaliter tñ frigidi sunt ⁊ hũidi: licet marini minorem frigiditatẽ ⁊ hũiditatẽ ꝑticipẽt. Sz pisces saliti calidi ⁊ sicci ⁊ q̃to pluris salũtur ⁊ ĩ salitõe ãtiquaꝝ tãto maiori caliditatie ⁊ siccitate abũdãt. iõ ex salit̃ piscib₃ ꝑua q̃titas comedẽda ẽ q̃ reb₃ pigui b₃ ꝑparet̃. Scd̃z q̃dẽ diversas pisciũ spẽs: q̃ fere infinite ⁊ ignote nob̃ sũt diverse ⁊ meliores ⁊ deteriores repiũt̃. De paucis igit̃ nob̃ notiorib₃ q̃b₃ ĩ italia ad esũ magis vtimur: fiet ĩfra spãlis mẽtio. Inq̃t Gal. ꝙ optim⁹ sãguis medi⁹ ĩter grossuz ⁊ purũ ⁊ subtilẽ ⁊ aquosuz gñat̃ ex pane optie ꝑparato. ⁊ ex volatilib₃ vt ꝑdice ⁊ sil̃ib₃ ⁊ huic ꝓxim⁹ ẽ ille ex marinis piscib⁹ gñatus ⁊ ꝓprie pellagalib⁹ et paterni pisces sanis-

simi corporibus hominū generāt sanguinē medium inter subtilem & grossuꝫ. et eorum alimētū est bn̄ digestibile. Sed gn̄aliter ex piscibꝫ meliores sunt illi qui non sunt valde magni neqꝫ nimiū durā carnē hn̄tes. neqꝫ superflua et abhoiabili pinguedine abūdātes in quibꝫ neqꝫ cenosus odor neqꝫ sapor malus existit: et quoꝝ caro nō cito putrescit. dū ex aquis extrahunᷣ. Et ex piscibꝫ durā carnē hn̄tibꝫ eligēdus est minor & ex mollē hn̄tibus carnē eligēdꝰ est maior: licet qdā ex autoribꝫ dicāt ꝙ pisces medie quātitatī ī sua specie sunt meliores. & pisces qui apud autores magis laudātur: sunt marini in locis petrosis pmanētes humane complexioni apud antiquos ꝯformiores: q: sanguinē generāt temperatū nō turbidū et grossum: sꝫ potius aquoso & subtili viciniorē. Et ꝑpter eius subtilitatē velociter a mēbris resolubile. sicut sanguis ex temperato & subtili nutrimēto generaᷣ. Ideo fortiter laborādo qui duro indigent cibo et mēbroꝝ ꝯfortationē nō ꝓportionātur. sed ociose viuentibus in regimine sanitatis ꝯfert. et ꝓprie ꝯuale scētibꝫ & senibꝫ: & debiles v̄tutes hn̄tibꝫ. Scd̄o post istos pisces pelagales sunt meliores: q: aquā insalsite bonā hn̄t & clarā: sed duriores & pinguiores sunt. et tardius ex mēbris resolubiles. licet nō sit tantum laudabile nutrimētū. Tertio post istos sunt meliores pisces ī littoribus arenosaꝝ vel petrosaꝝ aquaꝝ degētes. Tres igitur p̄dicte spēs pisciū meliores sunt piscibus fluuialibꝫ salsedo em̄ maxime aque ī similibus locis viscositates et humiditates tediosas a piscibus aufert Ido tales pisces saporosiores sunt. Quarto post istos meliores sūt pisces ex currenti e t petroso flumine recētium & clararū aquaꝝ. Immo a quibusdā tales pisces laudātur ex om̄i genere meliores: q: īter eos lampredas/tructas/carpiones reperimus. sup om̄e genus pisciū laudādos. Quinto post istos dicunᷣ esse pisces fluminū nō recētū aquaꝝ neqꝫ multū currentiuꝫ que si iuxta ciuitates decurrāt pisces generāt malos et putrescibiles: q: ex īmūditie illaꝝ ciuitatum inficitur aqua et maxime si per ipsas transit. et etiam admiscētur cū aquis vbi linū et similia macerātur. Sexto sunt pisces lacuum. vnde aut exeunt flumina bone aque aut ingrediūtur: quia piscibus fluminū fere assimilātur. Septimo post istos sunt pisces in littoribus permanentes vbi sunt aque lutose et turbide et terrestribꝫ imūdicijs admixte. Et peiores pisces sunt lacunalium et paludalium aquaꝝ: ex quibꝫ nec ingressus nec egressus est fluminū manifeste aut occulte. Pisces vero marini qui in aquis dulcibus ascendunt. aut pisces aquaꝝ dulciū qui ī mare ingrediūtur medij inter fluuiales et marinos existunt. oēs pisces saliti difficilis sunt digestionis. longā morā in stomacho facientes et

pauci ac illaudabilis sunt nutrimēti sitim inducentes. ⁊ recētes san guinē generāt frigidū. neruos mollificāt. et i corpore varie ꝑducunt viscositates: ex quibꝫ varie ꝓueniūt egritudines. Pisces recētes licet dure sint digestionis: ventrē tñ humectāt: coitum et eius materiā au gēt. Et oua multoꝝ pisciū ⁊ ꝓp̄e lactētiū barzonū vētrē soluūt: ⁊ vo mitū inducūt. nā quādā venenositatis spēm retinēt. Ideo a tali ouoꝝ comestione cauēdū est. Preterea cauēdi sunt pisces qui post decoctio- nem per diē infrigidati sunt: qm̄ veneni qn̄qꝫ qualitatē accipiunt: et acēna inducūt que ex venenosis fugis accidere solēt. Et pisces assan di frigēdi aut elixandi sunt: scđm quod ipoꝝ diuersa requirūt genera Ipos tñ cū aceto ⁊ aromatibꝫ cōdiri bonū est: vt eoꝝ viscositas incen- datur. et fiat abundāti fragilitati resistētia. Dia insup brodia pisciū ꝯtra venena bibita auxiliū p̄stant. Et si fiat frequēs ex dictis brodijs vomitus morsui cornuti serpētis et canis rabidi ꝓdest. Carpio est ex laudabilioribꝫ piscibꝰ aquaꝝ dulciū boni nutrimēti ⁊ facilis digestio nis dū est recēs in prima decoctione qui q̄to pluribꝫ decoquit̃ vicibus tanto durioris est digestiōis paucas et nō corruptibiles sup̄fluitates signū est ꝙ ꝑ plurimos dies durat decoctꝰ ⁊ nō putrescit. Themalus est piscis boni ⁊ laudabilis nutrimenti: et est piscis maximi exercitij ꝓpter puod mutilaginē nō habet. et tēperatā h̄et cōplexionē: ꝙ ex suo bono sapore ꝯprehēdit̃. Truta ē multū siſis carpioni i forma et nu- trimēto: qn̄ i saxosis fluībꝫ et altis mōtibꝫ capit̃ q̄ sicut Carpio pluri bꝫ decocta vicibꝫ diu durat antea q̄ putrescat. De truta ītellexit Ga lie. dū inquit ꝙ multo meliores pisces q̄ i Tyberi sunt q̄ capiūtur in flumine quod Nar dicitur ab altis descēdēs mōtibus ⁊ viuis fontibꝫ stagnizans quidē nunq̄. Uerūtñ hoc singulare habet truta: ꝙ dū de- scendit ex suis viuis et petrosis fontibꝫ ad magna flumina stagna et lacunas est ita facile mutabilis: ꝙ perdit bonitatē ⁊ saporē acquirēs vel ex otio vel ex grossitie aquarum: pinguedinē quandā viscosam et abhoiabilem. Lutij sunt pisces rapaces: et est lutius rex pisciū in aq̄s dulcibus: sicut dalphin in mari. Est boni ⁊ in genere pisciū laudabi- lis ⁊ sicci nutrimēti: sine mucosa sup̄fluitate qn̄ in viuis fontibꝫ ⁊ cur rētibꝫ fluibꝫ capiūtur. Sed in stagnis ⁊ grossis aquis otio et pingue dine bonitē perdit. sicut de truta dicebat̃. Utriqꝫ sunt pisces velocissi mi motus et maximi exercitij. De truta exꝑtū est ꝙ ascendit ꝑ radios aquaꝝ ⁊ rupibꝫ rapide descēdentiū. Persicus est boni nutrimēti ⁊ bo ni saporis et facilis distionis ⁊ paucaꝝ sup̄fluitatū. Salmo est piscis apud flumina almanie et boni est nutrimēti ⁊ boni saporis: sꝫ ꝓpter nimiā suam pinguedinē deficit parumper a bonitate nutrimēti ⁊ bo

ni saporis. Salmo assatus magis assimilat̃ i sapore carnibꝫ quadru pedū siluestriū ꝙ̃ pisciū. Extra aquā subito morit̃. licet cor ei⁹ viuat ꝛ moueat̃: ꝙ̃ cor alioꝝ pisciū. Tinca malū grossum ꝛ hūidū gñat nutri mētū. Anguilla malū viscosum: opilatiuum et difficilis digestionis. gñat nutrimētū. Aduertēdū ē i quo loco anguilla capiat̃: q̄m expimē to cōpertū est i coitu cū serpētibꝫ ꝯcubinari: ꝛ venenosas fieri. Anguil la magnā ꝯformitatē hꝫ cū fungis i sapore i viscosa hūiditate ꝛ mali cia nutrimēti. Nec mirū cū āguilla i gñe pisciū ex putrefactōe gñet̃. si cut fungus in gñe vegetabiliū ex putrefactōe absqꝫ seminū ꝛ radicū ꝑpagatiōe ort⁹ ē. et iō āguille cū aromatibꝫ ꝯdiri debēt. ꝛ cū rebꝫ eaꝝ malā hūiditatē corrigētibꝫ. Rane multaꝝ sunt spēꝝ. q̄ terrestres sunt ꝛ saxose. aut arboree virides male sunt ꝛ venenose. Ille aūt q̄ in fonti bus ꝛ bonis aquis capiunt̃ sunt ad esum i cōi vsu ciboꝝ. ꝛ ex eis poste riores ꝑtes renū ꝛ coxaꝝ comedant̃: ꝛ nō sunt mali nutrimēti. Quidā ex autoribꝫ multū laudauerūt ranas ad vtilitatē leprosoꝝ. ꝛ ꝙ multi ꝑ comestionē ranaꝝ a lepra nō ꝯfirmata liberati sunt qđ nō est a rōne remotū ꝓpter ꝯformitatē quā cū serpētibꝫ hñt. Caro eīm tiri ꝛ vipera rū ad curā leprosoꝝ laudatissima ē. ꝛ ego de viperis mirabili expimē to ꝓbaui. Cauēde sunt excedētes magnitudinē. q̄m de natura buffo nū ꝑticipare vident̃. ꝛ cū buffonibꝫ q̄nqꝫ ꝑ coitū ꝯcubinātur. Lāprede duaꝝ sunt spēꝝ. Quedā ꝑue i luto ꝛ limis bonaꝝ aquaꝝ degētes boni saporis ꝛ laudati nutrimēti. palmi magnitudinē nō trāscēdētes ꝛ in figura lūbricis terrestribꝫ assimilāt̃. Alie sunt magne ad pōd⁹ q̄nqꝫ multaꝝ libraꝝ siue magne āguille boni ꝛ laudati sunt ꝛ desiderati sa poris absqꝫ mutilagine ꝛ supfluitate ꝙ̃ ex humo saxoꝝ sub aq̄s existē tiū suggēdo nutriūtur. in stomacho eaꝝ nihil corpulentū reperit̃. Lā prede quidē magis ceteros excellūt pisces in cariore p̄cio ꝙ̃ nobilitatꝫ nutrimēti. Cācri multaꝝ sunt spēꝝ: quidā sunt marini ꝛ q̄dā aquarū dulciū: ꝛ q̄dā rotūdi: ꝛ q̄dā caudati. Cācri rotūdi fluuiales q̄ grāci vo cant̃ sunt boni nutrimēti et impinguatiui ꝛ ꝓprie si i aqua aut i lacte ordei elixent̃. vbi pri⁹ aliquā diu morā traxerūt. iō dat̃ ꝑ laudabili nu trimēto macilētis ꝛ ꝯsumptꝫ ꝛ febre ethica laborātibꝫ. Cācri caudati q̄ gābri dicunt̃: sunt siles cācris rotūdis i nutrimētis. si i viuis fōtibꝫ ꝛ bonis aq̄s capiant̃. Sūt tñ difficilis digestiōis ꝛ grossioris nutrimē ti. si a fecali intestino redeunt̃: qđ ꝑ mediā caudā descēdit laudabilio res erūt. Gābri marini difficilis sūt digestiōis. stōacho nocēt ꝛ ꝓpter salsedinē vētrē soluūt. Gābri magni marini q̄ locuste dicunt̃ sunt dif ficilis digestiōis: sꝫ dū digerunt̃ boni sunt nutrimēti. Cinis oīm can croꝝ ꝛ ꝓprie cācroꝝ rotūdoꝝ fluuialiū ē solēnis ꝛ singl'aris medicina

ꝯtrā morsum canis rabidi. de quo ego vidi mirabiles expientias. etiā
Galie. inq̄ente. Nullū fuisse mortuū q̄ eo puluere añ aquaꝝ abhoia-
tionē a principio sit vsus. Trilia est marin⁹ piscis ceteros excedēs bo
nitate saporis et nutrimēti. sed difficilis est parūper digestiōis ꝓpter
id qd̄ durā carnē habet ꝛ facile strangibilē et a viscositate remotā. con
gruūqꝫ prebet homini alimētū. Galie. inquit leccatores romanorū
admiratos esse sapidissimū trilie epar dilectiōis gratia ꝓpter multo
argento epatis causa grādes trilias emebant. Pectines marini sunt
boni et laudati nutrimēti. Sipie ꝛ pisces duraꝝ carniū sunt difficilis
digestionis ꝛ duri nutrimēti. Ostreoꝝ multa sunt genera. ſꝫ ostrea q̄
esui in vsu habemus dū digerunt̄ boni sunt nutrimēti et impinguati
ui ac restauratiui. et ad materiā coitus augmētū p̄stat. Cephalus est
piscis qui in mare oritur et in aquis dulcibꝫ ꝛ raro ex aquis dulcibus
ad mare descendit: sed libenter ad aquas dulces descendūt. ꝛ illi sunt
inter ceteros meliores boni sunt et laudabilis nutrimenti. Qui autē
in stāgnis et malis aquis capiunt̄ ita a bonitate degenerāt vt mali
sint et illaudabiles. habet cephalus quosdam pisces sibi similes et li
cet nō sint eiusdē speciei tamen de eis iudiciū haberi debet̄. Tūni sūt
marini pisces ex quibꝫ fit tūnina. Inquit Gali. licet recentes sint bo
ni et delectabiles saliti tñ sunt meliores. et similiter Palamides me
liores sunt saliti. Sarde p̄ciosissima sunt pisciuꝫ salitaria delectatio
nis et mollicieı carnis gratia. Stophis piscis q̄ ī italia qñqꝫ ex Nor-
ueia vbi orit̄ trāsportat̄ ꝛ est piscis marin⁹ de gñe malachiaꝝ nō hñtiū
squamas. neqꝫ duras testas: ſꝫ hꝫ cutē durā sicut polip⁹. durat p ānos
sicut aliqua salitaria. priusq̄ coquat̄ oportꝫ vt cū maleis ligneis forti
ter ꝑcutiendo ꝯtundet̄. deinde frustatū incidit̄ et elixat̄ et cū aroma-
ticis ꝯdimētis facit sapidissimū ferculū boni et laudabilis nutrimē-
ti. qm̄ in diebus feriatis limatus q̄ coclee dicunt̄ qñqꝫ vtimur loco pi
sciū. ideo de ipis in hoc capitulo fit mētio. Limatie licet carnē habeāt
difficile digestibilē tñ si degerant̄ sunt boni laudabilis et restaurati
ui nutrimēti. Pectori et pulmoni ꝯferūt: et ꝓprie epar ꝯfortāt eiusqꝫ
opilationes aperiūt. et ethicis consumptis ꝓsunt: q: alimētū viscosum
gñant ab ethicoꝝ calore difficilis resolubile: sed prius ab eaꝝ musco-
sitatibꝫ ablute ꝛ mūdate p̄parent̄. et melior modus p̄paratiōis lima
ciaꝝ est vt cū testa sicut sunt ponātur in caccobo super igne fere pleno
aqua bulliēte vbi stent quousqꝫ reincipiat bullitio. deinde capita ꝛ pe
ctora q̄ extra testulā portāt dū ambulāt ab eaꝝ testulis ꝛ ventribꝫ seq̄
strent̄ ꝛ in cineribꝫ voluātur. vbi aliquali facta mora vt meli⁹ cineres
eaꝝ viscositate inhibant̄ manibꝫ fricent̄ demū cū aqua calida totiēs

abluant̄ et oīno a cineribꝫ et muscositate mūdent̄. post cū sale et aquā calida et aceto fricentur. demum cum aqua frigida aliquotiens lauē tur. vt albe et clare a viscositatibꝫ munde remaneant. et tunc elixari aut assari aut suffrigi. aut in subtestitijs. aut in viscul is pparare pos/ sunt̄. et cū diuersis aromatibꝫ et saporibꝫ ꝯdiri scđm diuersum coquē di artificiū. Testudines sunt multoꝝ generꝝ: quedā marine quedam aquaꝝ dulciū: et quedā cāpestres. et marinaꝝ: qđā sunt: magne ⁊ qđā pue et ex tabella magnaꝝ qñqꝫ fit cepius et aliqñ in tantā veniūt ma gnitudinē vt ex eaꝝ conca: vt inquit Albertus: fiat nauigiū magnis nauibꝫ seruiens. sed marinaꝝ nulla est pro cibo aut nutrimēto bona. Testudines que viuūt cū testa nigra ⁊ lōga cauda nō sunt ad esum ido nee: licet quidē pauperes eas qñqꝫ comedūt tanꝗ cibū ineptū ⁊ abho minabilē. Testudines cāpestres q̄ degūt in pratis et siluis sunt boni et laudabilis nutrimēti. et est cibus nobiliū viroꝝ q̄ nō aliter imo aui dius ꝓ testudinibꝫ venātur cum doctis canibꝫ q̄ ꝓ qualeis et ꝑdicibꝫ elixātur abcisis pedibꝫ tibijs capite et toto collo. Oua istaꝝ testudi/ nū sunt singulis medicina et cibꝫ ꝯtra epilētiā. Testudines iste ꝯce/ dunt̄ ethicis et ꝯsumptis cū sint impurgatiue et irrestauratiue.

De pane. Capitulum. lxxvj.

Panis ex multis ꝯficit̄ rebus scđm diuersaꝝ regionū necessi tatē talē in se naturā retinēs qualē habet illud ex quo cōfe ctus existit. sꝫ qꝛ triticū inter oīa grana principatū retinet: vt nature humane ꝯformior sit imo panis ex eo confectus ceteris melior et laudabilior est qꝛ sanguis ex eo generat᷒ tēperatior est vltra oēm q̄ ex alijs granis gñari possit: licet triticū sit ꝯplexionis pricipio primi grad᷒: ⁊ inter humiditatē et siccitatē tēperamētū obti neat: tñ panis calidior est: qꝛ maiorē caliditatē ex furno acq̄siuit. Fru mētum quidē ex quo panis ꝯficiēdus est de bona recolligat̄ regiōe ex melioꝝ quoqꝫ specie acceptū sit pōderosum plenū et bene maturū ei᷒ exteriora cortex rubrosuꝫ cerulus sit. interiores tñ ptes pinguissimas ⁊ albissimas hñs neqꝫ sit antiquū qꝛ siccioris ⁊ deterioris ē nutrimēti neqꝫ nimis recens illico dū colligit̄: qꝛ viscosum ⁊ flegmaticū gñat nu trimētū epatis totiusqꝫ corporis opilatōes inducit. sit quoqꝫ a pulue re et tarlatiōe pseruatū. et ab omī gñe granoꝝ mundū. Frumētū pte rea qđ in horreis euētatis granarijs ꝯseruare potest laudabilius est ꝗ qđ sub terraneis foueis recōdit̄: qꝛ eius vapores euētāt̄. ⁊ in sua na turali dispositiōe ꝯseruat̄: sed apud subterraneas foueas vapores fru mentu cū terreis exalatiōibꝫ admixti ex foueaꝝ obduratiōe suffocati malā frumēti dispositionē impediūt. cū in se qualitatē habeāt nostre

vite ꝯtrariá. vñ multi ex foueaꝝ apitione. vbi diu frumētū recōditur extitit: ilico mortui sunt. Ex tali igit electo frumēto mūdꝰ panis fiat et bonū est aqua cū qua ꝯficit parūper salitā esse. Sal em̄ panis visco sitatē remouet: eiusqꝫ massa fit bñ máibꝫ circūdata ꝛ ꝯfecta. Ex illo em̄ saporosior leuior et nature hūane ꝯformior reddit sitqꝫ bñ fermē tatus nō multū durus. ex fermēto eius fit panis rarior leuior digesti/ bilior et laudabilioris sanguinis ꝓductiuꝰ. et artificialiter scdm vnā quáqꝫ sui ptē ꝓportionabiliter decoquit: et p dié ad minus requiescat priusq̄ comedat. Panis em̄ calidus malus est ꝛ parū nature ꝯformis Panis azimus dure digestionis est vētris dolorē ꝛ epatis opilationē efficiēs. et in renibus lapidē generat. et azimus etiā ꝛ qui in patella decoctus est ꝛ qui siccus ꝛ antiquus et bis coctus. ꝛ q̄ de simula est. vl/ tra durá eoꝝ digestionē vētrē ꝯstringunt. Panis de simula melior et nobilior est q̄ q̄ de farina ꝯficit. licet tarde sit penetratōis. Panis fur furaceus velotius digerit ꝛ nutrit: sꝫ deterioris est nutrimēti ꝛ pau/ cioris. et panis male coctus et panis azimus et illis similis nō ꝯpetit nisi robustá ꝯplexionē hñtibꝫ: et fortiter laborátibus. Panis pterea a supficialibus ꝛ cortice mundandus est. pars em̄ illa nimis adusta est difficilis digestiōis ꝛ humoꝝ maloꝝ gñatiua. Panis quidē inter ma gnitudinē ꝛ puitatē. modū hr̄e debet: qꝛ puus panis cito a furni calidi tate penetratur parū remanens de medulla. ꝛ fere totus in crusta cō uertit. Crusta em̄ ꝓpter nimiā sui adustionē et exsiccationē deterior panis pars est. Panis insuper nimis magnus intrinsecis ptibus mi nus coctus ꝛ viscosus ex necessitate cōsistit. ¶Meliꝰ est igit formā reti/ nere mediá: aut scdm tortulos apd̄ neapolitanoꝝ morē q̄ laudabilis est cū vniformiter fere ad oēs tortuli furni partes calor attingat. Et ferculū quidē ex pane abluto factū infrigidatiuū calefactis ꝯueniēs neqꝫ opilationes neqꝫ grauedinē gñat. Et melior abluendi modus est vt panis medulla p noctē in aqua calida infusa pmaneat. et post aliquotiēs cū frigida abluat. sic em̄ caliditas/ viscositas/ siccitas: et fermēti qualitas a pane remouet. Panicū magnā ꝯformitatē hēt cū milio. Vtrūqꝫ ē frigidū ꝛ siccū. Ex ipis fit qñqꝫ panis penuria frumē ti. Panicū et miliū pauci sunt nutrimēti ꝛ ventrē stipticát: sꝫ milium est in oībus nature humane ꝯformior. Ex ipsis a cortice mūdis vel ex eoꝝ farinis fiūt fercula q̄ laudabile nutrimētū generant si cum lacte aut carnibꝫ pinguibꝫ decoquat. Piper in capi. de aromatibꝫ. Pisellū in capitulo de rouilio. Porrum in capitulo de acrumine. Pinus in ca/ pitulo de grano pini. Passer. Pauo. Perdix. Pulmo: et Pedes in capi tulo de carne.

¶ Rigum. Capitulum. lxxvij.

R Igũ calidũ est et siccũ magis ꝙ frumẽtũ: ꝫ tẽperamẽto propinquũ est multi nutrimẽti ad siccitatẽ declinãtis. ꝫ si cũ lacte et oleo amigdolino ⁊ zucharo decoquat̃ in aqua furfuris infundat̃. Sic enim melioris ⁊ maioris nutrimẽti est. coit⁹ quoqꝫ materiã auget. et corp⁹ impinguat. Si aũt cũ aqua pura decoquatur ventrẽ restringit. Rigi preterea sup̃flua ⁊ ꝯtinuata comestio apd̃ solitos habere ventris dolores nocumẽtũ prestat.

¶ Nobilium. Capitulum. lxxviij.

N Obilium est species legumĩnũ quod vulgariter dicit̃ piselli frigidũ est in principio ⁊ inter frigiditatẽ et siccitatẽ fere tẽperamẽtũ obtinet Parui est nutrimẽti. ⁊ malũ gñat sanguinẽ neruis quoqꝫ impedimentũ p̃stat. neqꝫ tantã vẽtositatẽ inducit sicut faba. ꝫ mũdata meli⁹ gñat nutrimẽtũ. Eius brodiũ ꝯtra tussim ⁊ dolorem pũgitiuũ in pectore auxiliũ facit.

¶ De rapis. c. lxxix.

R Apa est ĩ scd̃o calida. hũida in primo. facilis digestiõis existit Inter ceteras radices aut herbas plurimi est nutrimẽti. necꝫ mollẽ et flegmaticã generet carnẽ. ꝓpter sui vẽtositatẽ ⁊ inflationẽ. vñ coitũ et ei⁹ materiã augmẽtat ⁊ corp⁹ impinguat ⁊ ꝓprie qñ in igne coquũtur si prima abiecta decoctiõe in scd̃a coquant̃. a qua tẽperiẽ sue substãtie acq̃rit. ⁊ mediocriter inter bonũ ⁊ malũ gñat nutrimẽtũ. siquidẽ bina decoctiõe ꝑfecta et tertio ex aromatibꝫ condita cũ carne pinguissima recoquãtur melius est ⁊ sui vẽtositas remouet̃ Que aũt nõ bene cocta est vẽtositatẽ ⁊ corpis opilationẽ gñat. Rapa preterea multũ vrinare facit et cõtra vrine ardorem valet et sitim extinguit.

¶ De ruta. Capitulum. lxxx.

R Vta dicit̃ ꝙ melior est que nascit̃ iuxta arborẽ fici. Ruta recens calida est ⁊ sicca in scd̃o: ꝫ q̃ exsiccata est. Has qualitates habet in tertio: eius vsus ꝓprie est in salatitio. splenem stomachũ et vẽtrẽ ꝯfortat. eorũqꝫ vẽtositates dissoluit et remouet. Digestionẽ adiuuat ⁊ appetitũ inducit: stricture pectoris ꝯfert: ⁊ visionẽ acuit paralisi et fragilitati neruoꝝ auxiliũ p̃bet. Allioꝝ et comestarũ cepaꝝ odorẽ ex ore obtundit. vermes interficit. desideriũ coit⁹ remouet: eiusqꝫ materiã desiccat ⁊ abscidit. ⁊ succus eius bibit⁹ oĩbꝫ venenis resistit. ⁊ vt supra dictũ est cũ nuce comesta pestilẽtie ⁊ oĩũ veneno ꝯseruatiuũ auxiliũ p̃stat. Plurimũ aũt ꝺ ruta comedere malũ ⁊ piculosum est. ꝫ attente tamen respiciatur: ne cũ ruta comedant̃ viride s vermiculi quos tẽpore veris in suis folijs producere solet. qui ꝓpter similitudinem difficile cognoscuntur quoniam mali sunt. et venenosos effectus producentes.

¶ De roremarino. Caplm̃. lxxxi.

R Osmarinus est spēs libanotis pter odorē quē similez hēt olibano et thuri albo vsus ei⁹ ē i sallamētis aut in salatitijs crispellis et ad odorē allataꝝ carniū. flos ei⁹ vocat anthos ingredit i ꝯfectōibz cordialibz. letificat eñ cor. aperit opilationes epatis et splenis. resoluit intestinoꝝ ventositates. et cerebrum confortat. si ex frigiditate debilitatū esset. Radix. Raphanus. Ramoratia. in. c. de acrumine.

De Spinata. Capitulum. lxxxij.

S Pinata frigida sunt et humida in primo. licet quidā dicant ꝙ ad tēperamētū declinēt. virtutē lauatiuā et absterſiuā et re/fertiuā. hñt gutturi/pectori/pulmoni/epati/et stomacho congruentia sunt. boni sunt nutrimēti. meliores ꝙ atriplices et ppie colericis et sanguineis ꝓsunt.

De senatiōe al's cresciōe. Cap. lxxxiij.

S Enatiōes quibz p in salatitijs in ferculo vti possum⁹. q̄ in crudis et frigidis et aq̄s stātibz oriūtur. quas quidā piper aq̄ aut arucā aq̄ appellāt vl'garel. aut lauares. aut cresciōes dicūt. calidā et siccā v̄tutē hñt. et bñ vrinare faciūt. renes et vesicā ab ha/renulis expurgāt. et i ipis lapidē frāgūt.

De sparago. c. lxxxiiij.

S Paragus calidus est et hūidus i primo: licet quidā dicāt ꝙ tēperamēto vicinus sit inter ceteras herbas fere nutribilior existit. coit⁹ materiā augmentat. et vētrē lubricat: eiusqz dolorē mitigat. renes calefacit. ipsiqz et vesicā ab harenulis expurgat. vrinā ꝓuocādo: ita ꝙ ex eoꝝ multo vsu fetat odore sparagoꝝ. epatis et splenis et viscoꝝ opilatiōes aperit. stomacho tñ nō multū cōgruus existit. et aliqñ cibi abhoiationē inducit.

De sinapi. Capi. lxxxv.

S Inapis in mostarda et saporibz ea vtimur. calida est et sicca vsqz ad principiū quarti grad⁹. tussi āti q̄ et aspitati pectoris ꝓfert. flegma et viscosos hūores incidit. hūiditates q̄ i capite sunt mūdificat. vñ quidā dicūt ꝙ ex illo clarificat intellectū. et coitum sua caliditate incitat.

De semine canapis. Caplm. lxxxvj.

S Emē canapis pistat ex artificio et fit massa admodū magnarū piraꝝ reducta. et p tpa ꝯseruat. vñ i q̄busdā regiōibz fit ferculū quod multū calefacit. caput grauat. et stomacho nocet. vsus ergo eius nō laudat.

De sale. Capitulum. lxxxvij.

S al siue minerale sit siue artificiale siue aqueū multaꝝ manerieꝝ est. et q̄to plus de salsedine sapit. tāto calidior est. appetitū inducit. et auidi⁹ stomachus cibuz amplectit. vnde melior causatur digestio. cum hoc quod ex sua natura sal digestionē acuit. flegma et crudos humores incidit. et ipōs a putrefactione preseruat. Salis vsus moderato īdiget mō. Maior eq̄dē quātitas flegmaticis

ꝯfortior est.minor vo colericis. ¶ De simula.Caplm.lxxxviij.

Simula q̄ laudabilior est ex tritico fit. bene primo abluit̃ triticū.deinde siccat̃.⁊ post in ptes ꝯterit̃ grossas. cū mola frāgit̃:deinde in subtiliores ptes ꝯterit̃.vt fere intra faricellū et florē farine mediū retineat:⁊ de ea superiꝰ dictū est ꝙ melior panis existit q̄ de farina.Ferculū tñ eius maioris ⁊ melioris est nutrimēti. q̄ amidū aut aliud de gñe farinaꝝ calorē ⁊ sitim extinguit. epar quoqꝫ hñtibꝫ calidū ꝯfert.Ordeacea simula magis infrigidat.

¶ De saluia. Capitulum.lxxxix.

Saluia licet sit q̄dam siluestris:q̄dā domestica. tñ domesticā in vsu ciboꝝ habemꝰ et sicca est in scđo. cerebrū neruos ⁊ stomachū ꝯfortat.est resolutiua ventositatū:⁊ aperitiua opilationū. Saluia a quibusdā iniuste blasfemat̃.ꝙ ex ea buffones generātur q̄ aīalia sunt venenosa. Verūtñ q: saliua multos hēt ramos plenos folijs grossis ⁊ causantibꝫ densam vmbrā in estate.sub cuiꝰ mānsione buffones libēter recurrūt ꝑpter qđ experti ortulani rutaꝫ a qua aīalia venenosa fugiūt iuxta saluiā ꝯplantāt. Scalōgia in capitulo de acrumine. Starna Sturtio. Splen in capitulo de carne.

¶ De trilis. Capitulum.lxxxx.

Trili sunt fila aut corrigie ex azima massa ꝑfecta.calidi sunt ⁊ i eis hūanitas supflua. dure sunt digestiōis vētrē ꝯstrigūt. et tarde de stomacho descēdūt.epatis ⁊ spenis opilatiōes inducūt.in renibꝫ ⁊ vesica lapidis gñationē ꝑparāt:ꝯtra tussim et dolorē pectoris ⁊ pulmonis ex caliditate gñatū bonū auxiliū pstant. Qui aūt eius nocumēto subterfugere cupit studeat. vt cū carnibꝫ bonis ⁊ pinguibꝫ decoquant̃.aut cū oleo amigdolino et pipere condiātur. et post ipsos mentā et origanū aut calamentum accipiat.et vinū bonuꝫ et pprum bibat. ¶ De tuberibus.Capitulum.lxxxxj.

Tubera supradictū ē ꝙ inter ipos et fūgos existit differētia oēs em̄ fungi sunt tubera:sꝫ non ecōtra difficilis sunt digestiōis ⁊ vrine difficultatē inducūt.grossum et melācolicum gñat nutrimētū.et ex illis paralisis et apoplexia ⁊ venenoīa timētur accidētia:vt de fungis dictū est.Tubera em̄ saporē nō habēt.ex illis meliora sunt alba.ex q̄bus nō est odor malus.et ꝑprie si cū sale ⁊ aromatibꝫ condiātur.Attendendum tamen hic ꝙ ea que in hac regione terre tubera appellamus neqꝫ in capitulo de fungis.neqꝫ in hoc cap. de tuberibus reponenda sunt.Nam antiqui de ipsis diuersum faciūt capitulum in quo multi medicorum decipiuntur. Jnquiunt em̄ autores ꝙ quoddaꝫ genus tuberū reperitur adunatum et vernicosum in

magnitudine testiculi verrutas hñs profundas oriens in harenosa terra sicut nascunt̃ tubera ⁊ fungi ꝙ est suauis saporis valde ⁊ ad dulcedinẽ declinãtis dũ ad fungos ⁊ tubera ꝯparant̃: neq₃ auditũ est ab aliquo ꝙ inferãt nocumẽtũ: sicut fũgi ⁊ tubera. frigidatẽ minorẽ hñt reliqͣs tuberib₃ ⁊ fungis. neq₃ hũiditate extranea vacua existũt cũ siccitate sue substãtie vẽtositatẽ generãdo: qd̉ ꝑcipit̃ dũ ei⁹ ꝑfectã sub cineribꝫ decoctionẽ ꝯprehẽdere volum⁹: q: sonũ cum vẽtositate aliqua emittũt. ex quo coitũ incitat eius materiã augẽdo: et de isto tubere intellexit Galie. ꝙ tubera nõ sũt maloꝝ hũoꝝ gñatia: qd̉ suaderi potest ꝑpter eoꝝ aromaticũ odorẽ: ⁊ dulcedie saporis ⁊ maxime qñ incipiũt denigrari. Tubera oriunt̃ circa mediũ autũni pri⁹ alba int⁹: deinde nigrescere circa hyemẽ: et qñ sunt int⁹ ꝑfecte nigredinis circa primu₃ veris putresiũt ⁊ in vermes ꝯuertũtur. Multi dixerũt hoc genus tuberꝫ esse calidũ ꝑpter id qd̉ nix facile sup ipa liquescit. ⁊ parũ durat. neq₃ herbe iuxta hec tubera oriũtur: ⁊ ꝙ sua natura ꝑpter caliditatẽ coitũ incitãt. Veritas tñ est ꝙ oĩa tuberũ gña frigide sunt ꝯplexiõis: sed hoc genus ꝑpter aromaticũ odorẽ ⁊ dulcẽ saporẽ min⁹ ad frigiditatẽ declinare videtur ⁊ magis tꝑamẽto appropinquare. Nix sup tuberibus facile liquescit. qm̃ ab ipis ⁊ pingui terra eis circũstãte ꝯtinuo humidi vapores eleuant̃ a putredinali calido ꝑpter qd̉ qͣdã gña musca rũ libẽter sup tuberib₃ hitãt. herbe aũt circa tubera nõ oriunt̃. qm̃ ipa cũ ꝑ pinguedinẽ terre ex putrefactõe gñent̃. et ex eadẽ pinguedine nutriunt̃ ⁊ crescũt. ex qua herbe gñari ⁊ nutriri deberẽt. coitũ aũt incitare vident̃: nõ caliditatis gratia: s₃ ꝑpter vẽtositatẽ et ꝑpter spmatis materiã q̃ ex tuberũ pinguedine gñat̃. ꝙ aũt gen⁹ tuberũ huic simile orit̃ in planiciebꝫ ⁊ pratis ⁊ icipiũt oriri circa mediũ veris ⁊ odorẽ nec dulcẽ saporẽ hñt: solo caloris tꝑe repunt̃. odorifera aũt ⁊ sapida nõ nisi tꝑe frigido ab autũno vsq₃ ad veris principiũ repiunt̃. Turd⁹/turtur/testicul⁹: in. c. de carne.

De vuis. Caplm. lxxxxij.

Vua sunt ꝯcordes oẽs autores vuas ⁊ ficus bñ maturas esse ceteris fructibꝫ meliores ⁊ ꝑprie nõ nocẽ. Matura qͥdẽ vua laudabilẽ gñat sanguinẽ. ⁊ ꝑprie si duobꝫ diebꝫ ad min⁹ collecta sit anteq̃ comedat̃: q: vua si comedat̃ ilico dũ colligit̃ est inflatiua. ⁊ deteriores ⁊ crudiores humores generat. Si quidẽ vua bñ digerat̃ impĩguat. Vue cortex frigidus est ⁊ siccus ⁊ difficilis digestiõis ⁊ arilli similiter. S₃ pulpa facilime digerit̃. Arilli em̃ si integre degluciant̃ integri corpus egrediũtur nullũ faciẽtes nocumẽtũ. Qui autẽ plurimas vuas comedũt primũ eoꝝ corpora supfluis purgãtur humoribus. deinde pinguescunt. de quo ortulani verum perhibent testimo-

nium. nihil fere aliud q̄ vuas et ficus pprijs temporibus comedentes qui se tā iter cetera anni tpa pinguiores cognoscūt. Pinguedo tñ ex vuis et ficubz acqsita est facilime resolutōis: q: carnē mollē et ināatiuā gñat. Ideo vua post collectionem die suspensa aliquo melior dicebatur.

¶ De vua passa. Capitulum. lxxxxiij.

Uua passa pformitatē hñt cū vuis in dulcedine austeritate et pōticitate sic est in eis q̄ passule dicunt dulciores passule ex dulciorib9 fiūt et austere ex austeris q̄ aūt dulciores sunt et ad caliditatē declināt scdm maiorē vel minorē dulcedinez. Et sicut qdā vuar hñt arillos: qdā sine arillis sic siliter sunt passule: vñ qñ pcipit passulas recipi enucleatas possum9 intelligere passulas sine arillis factas: aut passulas vñ arille et nuclei extracti et enucleati sūt. Nō est i passulis magna differētia. seu ex magnis vuis: seu ex pvis facte sūt. Meliores passule sūt dulces et pingues hñtes subtilē corticē: epati multū pficiūt: et pformes sunt. ei9 opilationes remouēdo. et sanguis digestiua pfortādo: fluxū epaticū sua pprietate pfortādo curāt/pfortāt: splenē aperiūt: vias renū et vesice renes et vesicā pfortāt. Plus nutriūt passule q̄ vue recētes: et sunt melioris alimēti: pferūt pulmoni et tussi et difficulati anhelit9. vētrē humidū tenēt. Uerūtñ licet oēs passule amice sint stomacho et epati tñ austere magis pfortāt stomachū q̄ dulces. et sunt magis stiptice min9 humectātes vētrē: qñ intēdim9 nutrire opilationē apire. et vētrē mollificare: et epar pfortare et pectori pdesse: debem9 sumere passulas enucleatas pingues. Si aūt intēderemus stipticare: sunt comedēde passule. et pprie austere pfecte cū arillis masticate. Uerūtñ sicut vue magnā diuersitatē ex regionū varietate sortiūtur. ita diuerse passule matres vuas sortiunt et imitant. Uini diuersitas ex regionum varietate vuarum diuersitatem ostendit.

¶ De vino. Capitulum. lxxxxiiij.

Uinū vt inqt cōciliator est succus de vitiū vuis expressus: quo nullus existit liquor nature hūane acomodatior. Nunq̄ eñ ex arte aut ex natura aliquid repiri potuit: qd vices vini in bonitatib9 et pformitate suppleret. Qui aūt acumulatas vini vtutes quibz ab autorib9 vinū extollit: aut scribere aut narrare ausus foret: ab ignorantib9 vini potius amicus q̄ scientibus videretur: sed suffitiat aliquas ex meliorib9 suis vtutib9 narrare. vino quippe moderate sūpto nullus cib9 aut pot9 melior est imoderate vo null9 peior. Multi eñ laudabilis et subtilis est nutrimēti: vt supra in gñalib9 regulis dicebat. Nihil eteñ vino compar existit. vt nature defectib9 tam cito subueniat. vñ apud sarracenos quib9 potus vini lege phibet solū in

sincopi et nature defectibꝫ bibēdū ꝓcedit: qꝛ ilico virtutē refocillat. nouos spūs et nutrimētū regñat. qđ cito sua ꝓprietate ad coꝛ ipellitꝛ nec repitꝛ cibꝫ aut potꝰ q̄ adeo naturalꝭ caloꝛis sit ꝯfortatiuꝰ sicut vinū qꝛ eiꝰ caloꝛ silis naturali caloꝛi existit ꝓpter familiare ꝯfoꝛtiū qđ cū natura hēt hūana. vinū quidem si moderate et qđ opoꝛtet accipiatꝛ coꝛpoꝛis sanitatē eāqꝫ custodit virtutes epatis et stomachi digestiuas ꝯfoꝛtat aditus et venaꝝ oꝛificia aperiens nutrimētū per totum coꝛpus penetrare facit. sanguinē clarū generat. et quē turbidū reperit clarificat. epatis et splenis opilationes aperit. et renes et vesicā mundificat. tenebꝛositatē a coꝛde expellit. singulas virtutes et coꝛpis et mētis coꝛroboꝛādo. Nec tantū coꝛpoꝝ: sꝫ aīe vires pꝛebet vini moderatus vsus sensus oēs acuit. solertiā pꝛebet. acuit ingenij vires. leticiā atqꝫ audaciā tribuit. tristiciā expellit. laboꝛiosa atqꝫ magnalia cū ratiōe pꝛesumere facit. Vinum insup cum debita opatione assumptū omī etati omī tēpoꝛi. omī regiōi. omī ꝯplexiōi. ꝯfoꝛme est. Pueris q̄dē vinū modicū et bene limphatū dandū est. qꝛ purum dare esset ignē igni addere. Juuenibꝫ vero i maioꝛi quātitate et nimis limphatū. qꝛ ꝓpter eoꝝ cerebꝛoꝝ et alioꝝ mēbꝛoꝝ silitudinē foꝛtitudinem vinū meliꝰ sufferre pñt et faciliꝰ vini nocumēto tueri. Senibus aūt vinū ꝯfert. qꝛ lac senū existit vinū. sꝫ ꝓpter debilia foꝛte cerebꝛa senū nō valēt sic faciliter a vini nocumēto tueri. Senibꝫ igitꝛ vinū tm̄ dādū ē q̄tū tollerare pñt In frigidioꝛi vo regiōe plus de vino ꝯpetit. i calida aūt modicū et bñ limphatū. siliter i hyeme estatē. sꝫ ꝓpter estꝰ et caloꝛis et siti extractionē plus de vino i calida regiōe q̄ i frigida i estate q̄ i hyeme bibēdū ꝓcedit. sꝫ cū pluri aqua liphatū hoībꝫ ꝓpter calidā et siccā ꝯplexionē hñtibꝫ quā colerā dicimꝰ vinū ꝯfert: qꝛ colera q̄ calidus et siccus ē hūoꝛ p renes et vesicā ꝓuocādo expellit frigide et hūide ꝯplexiōi. q̄ flegmatica dꝛ Vinū etiā ꝯfert viscosos hūoꝛes incidit et maturat. iposqꝫ sua caliditate resoluit. frigide quoqꝫ et sicce ꝯplexiōi q̄ melācolica dꝛ. vinū ꝓdest qꝛ melācolicos hūoꝛes labefacit. iposqꝫ ad exitū faciles ꝓbet sua vtute eoꝝ nocumētū et caligiēꝫ remouēdo. calidis isup et hūidis quos sāguineos dicimus. vinū ꝯpetit: qꝛ sāguinē optimū et clarū gñat: et vt supꝛa dicebatꝛ quē turbidū reperit clarificat. Ex varijs insup rebꝫ vinū diuersificari ꝯperitꝛ. aut ex regiōe vbi ꝓducitꝛ: aut ex diuersis vitiū spēbus: ex quaꝝ vuis exprimitꝛ aut odoꝛe aut caloꝛe aut potētia et debilitate: aut recētia: aut decoctiōe: aut vetustate et artificio. Experimēto quidē videmꝰ qualdē vitiū maneries et quasdā regiōes quibusdā laudabilioꝛa vina ꝓducere de q̄bꝫ expertis colonis opoꝛtunū est credere. Vinum dulce grossum et calidum est in secundo: et siccum in pꝛimo. et

herogeneā cōtinens humiditatē. Nec tantum laudabile sicut alia vina existit: grossum nāqȝ generat nutrimētū. sanguinē turbidat. nec sitim extinguit: imo aliqñ ipam augmentat. q: leuiter cum alijs admixtum humoribus putrescit: ⁊ in colericos humores ꝯuertit. Vinuȝ quidem dulce omnibus membris vim nocēdi habet. pectori et pulmoni quoꝝ opilationes aperit. Plurimus aūt eius vsus hydropisim generat: ideo ad hydropisim preparat. ab vsu vini dulcis ⁊ grossi caueri debet. Acerbum vinū quod vt plurimū in montuosis ⁊ vinosis regionibȝ ꝓducitur: a multis autoribus frigidū dicitur. pectus stringit stomachū mordificat: et aceti effectus inducit. Vinū ergo quod inter dulcedinē et acredinē saporem obtinet maxime ab autoribus laudabile reperit ⁊ ꝓprie si odoriferū aromaticū sit. neqȝ acutū neqȝ grauē extraneum odorē habens. De coloribus aūt vini experimētū locoꝝ vestigare oportet. q: in quibusdā regionibus vina alba sunt meliora nigris: in quibusdā vero nigra meliora sunt albis: sed cōmuniter ab autoribus de vino loquētibus aurea/subrubea/subalba/et generaliter medium colorem hn̄tia meliora iudicant. Vina potētissima et fumosa copa calefaciunt nimis et capita: ideo eorum ꝯtinu⁹ vsus malus ē. Vina debilia ⁊ aquea parui existunt nutrimenti. Meliora ergo sunt que inter illa media existunt. Vetusta insuper ⁊ recentia multū vina in eaꝝ variantur natura. Recentia vini durat per annum aut plus scdm maiorem vel minorē vini potētiā. Vinū quidē potēs tardius inuetrascit. aquaticū vero citius. Et vetustas vini in quarto incipit anno. Illud ergo quod ratione sue etatis maxime ab autoribȝ laudatuȝ existit. est vinū a fine primi anni vsqȝ ad principiuȝ quarti. Vinū em̄ nouū et maxime quod expressioni ꝓpinquū est in primo. epatis est opilatiuū/putrefactiuū. et humorū ebullatiuū/vētosum: et inflatiuum. Vinū ātiquū a quattuor annis supra calidū est ⁊ siccū in tertio ⁊ quarto potentius est vinum tanto calidius est et siccius hmōi aūt vinum antiquū parum nutrit ⁊ cito inebriat. et qñ supflue inueterascit. amarum acquirit saporē. et ꝓpriam vini naturā ꝑdit: et eius vsus est malus. Vinū tn̄ mediū a primo vsqȝ ad quartū caliduȝ est et siccū in scdo Illud ergo vt ex predictis colligit: laudabilius est vinū qd odoriferū ⁊ aromaticū neqȝ decoctione adustū. neqȝ artificiatuȝ sit inter dulce et acerbū. inter albū et nigrū. inter potens et aqueum. inter recēs et vetustum mediū obtinet. Ex artificio insuper vinū diuersam naturam acquirit: q: scdm diuersas eius spēs decoctionē amat: et illud ideo ei⁹ mustum decoctum est vinosius et potētius: et fumosius reddit: quia ꝑtes vinose in musto sunt cum terreis grossis admixte: et semper in

decoctõe grossiores ptes retinēt vel remanēt ⁊ aquee q̄ respectu vino
saꝝ cū terrestrib3 admixtaꝝ subtiliores sunt ex tali decoctiōe resoluū
tur. Ideo vinū coctū q2 min⁹ est ex aqueis ptib3 admixtū tardi⁹ putre-
scit. ⁊ lōgiori tpe ꝯseruat̄. Vinosum igit̄ remanet ⁊ aquosum virtute
ignis euaporat̄. Cui⁹ ꝯtrariū fieret si vinū pfecte ⁊ īuegete depuratū
decoq̄ret̄. Sicut apud distillātes aquā' vitis apparet. vbi vinose ⁊ po
tētes vini ptes p fumū eleuātur. ⁊ in aquā ardētē: quā aquā vitis aut
vini dicim⁹ ꝯuertit̄. Aquee ptes absq3 sapore: sicut aqua in fundo ale
mich distillatiōis residet. Nā vinose ptes a terrestrib3 focalib3 i fun-
do vegetis residētib3 seq̄strate subtiliores aq̄s reddunt̄: ⁊ quod subti
lius citius ex igne resoluit̄. Ex antiqui igit̄ ⁊ depurati vini decoctiōe
vinosum resoluit̄ aqueo remanēte: cui⁹ ꝯtrariū de musto videt̄. Sin
gularē vero ꝓprietatem hēt vinū et oīm reꝝ secū admixtaꝝ aut ī ipo
decoctaꝝ virtutē extrahat. Vn̄ quidā ex antiquis medicis oēs egritu
dines cum vino curabāt. Tēpore nāq3 vindemiaꝝ diuersa musti ve
geticula ex medicinaꝝ decoctione scdm varias egritudinū exigētias
p̄parabāt. ⁊ sic vina sirupoꝝ et medicinaꝝ virtutē hn̄tia. scdm q̄ vna
queq3 egritudo exigit reseruabāt. Verūtn̄ si quis in hyeme pn̄ti anni
vinū habere veliet. duob3 modis meliorari possit. q̄b3 etiā principes
libēter vtunt̄. Colligātur vue bene mature et p triduū soli exponant̄
quousq3 aliquātis perpassent̄. deinde genera seq̄stādo racemi ꝓijciā
tur. et granoꝝ quātitas sit tanta. vt mediū vegeticulū imponat̄. ⁊ de
sup bonū mustū imponat̄. quousq3 totū plenū sit. Tale vinū cito cla-
rescit. et licet nouū sit nō est epatis opilatiuū neq3 vētosum inflatiuū
neq3 humoꝝ ebullitiuū. et iste potus principib3 et delicate viuentib3
a medicis libenter cōcedit̄. Alter modus vt accipiāt musti tres ptes ⁊
aque vna pars: et misceat̄ ⁊ bulliāt vsq3 ad quarti ptis resolutionē et
reponat̄. Tale vinū dicit̄ ablutū et licet nouū sit. malitias tn̄ noui vi
ni deperdit. De artificio tandē vini bonū est credere his qui tali exerci
tio vsi sunt. Immoderat⁹ et supfluus vini vsus aīe et corpori et mori-
bus pessimus existit. Virū effeminat. discursus ingeniū ingrossat. in
fima respicere facit. ⁊ magnalia abhorrere. nec tāte virtutis est mode
ratus vini vsus q̄te malicie īmoderatus existit. cerebrū et eius virtu
tes debilitat. tremorē / paralisim / apoplexiā / ⁊ spasmū generat. Nec
vinū has malas passiones inducit: rōne sue qualitatis. q2 iste egritu-
dines sunt frigide. ⁊ vinū est calidū: sed vt inquit Aristotiles tertia p
ticula ꝓbleumatū. Vinū ea ratione qua calidū istis egritudinib3 re-
sisteret atq3 ꝓdesset. sed p accidēs eis nocet atq3 ipas euenire facit. q2
vinū est penetratiuū et facit humores viscosos ⁊ crudos ad mēbra lon

ginqua.et neruos penetrare q̃ per se impetrabiles forēt et sic talis fri gíditas egritudines inducit. Preterea vinū in multa q̄titate potatū in stomacho nō digerit̃.et pp̄ter suā amiciciā ꝛ cōformitatē quā cū natura hūana hēt.attrahit̃ a mēbris indigestū vbi ex sua īdigestiōe acescit.et acetū est neruis inimicū ꝛ frigidaꝝ egretudinū inductiuū. Immoderatus insuper vini potus ebrietatē inducit et freq̄ues ebrietas sensus oēs obtundit.et singula mēbra debilitat. Ebrietas quidē multas hēt causas.qui em̄ debilis sunt cerebri citius inebriātur. q: nō est potēs cerebrū resistere vinosis vaporibꝫ et eoꝝ nocumēto. Ideo tales a vini boni potiōe aut absq̃ꝫ multa mixtū aq̄ caueri debet. et q̃ nimis bibere vinū ꝯsueuerūt facilius ebrietatē incurrūt. Potatores ꝛ tabernarij difficilius inebriāt̃ q: eoꝝ cerebrū acquisiuit ex ꝯsuetudine vini quādā resistētiā per q̄pā vini nocumēto resistit. Famellia insup ꝛ modico vtētes cibo facilꝰ inebriātur. q: vini ad caput ascēsus a nullo fere impediti facilꝰ in ebrietatē inducūt. Vinū insup decoctū fumosum et potens citius inebriat. ꝛ quedā res cū vino admixte citiorē et maiorē ebrietatē inducūt.sicut vsnee infuse cū vino.lignū aloes leuiter et absq̃ꝫ nocumēto dulcē somnū cū ebrietate inducūt. ea q̃ fortē ebrietatem inducunt: vel efficiunt sunt limphate vinū cū aqua ex decoctione lolij. ꝛ fortior est aqua ex decoctiōe iusquiani.aut mādagrore. Fortissimū est aūt opium.et similia: et cōfectiones alique cōposite sunt.ebrietatē inducentes scribere nō oportet. et vinū cū pauca aqua limphatū citiꝰ inebriat q̄ vinū purū ꝛ si forēt vini octo p̄tes ꝛ aq̄ vna: q: aqueitas modica facit citiꝰ penetrare. sed remedium ebrietatis et crapule est somnꝰ lōgus aut subitꝰ vomitꝰ.potꝰ acetositatis citri.aut potus vini citonioꝝ.aut sumere coriādrū: siccū tritū cū tantūdē de zucharo albo i q̄titate duoꝝ coclearioꝝ. ꝛ post bibere citonioꝝ ꝛ bibere aquā frigidā cum aceto ebrietatem sedat.et potus olei puri remouet ebrietatē.et similiter comestio cauliū.vt in p̄bleumatibꝫ narrat Aristotiles. Odorare aūt camphoram: ꝛ et sandalos: aut per se aut cum aqua rosata. mixtꝰ crapulā et ebrietatē alleuiat.et comedere micas panis in agresto.aut in aceto infusas p̄dest. Et multas confectiones composuerūt antiqui ebrietatē ꝛ crapulā remouētes.quas supfluū foret hic scribere. Vbera. Venter in.c.de carne.

De zucharo. Cap̄lm.lxxxv.

Ucharum dicitur mel canne anteq̄ depuret̃.et est solutiuū et abstersiuum. Sed zucharum depuratum est calidū et humidum in primo.bonū generat nutrimētū. pectus aperit. ꝛ ipsius asperitatē lenit.stomacho p̄dest: sed in colericis stomachis facile ad colerā conuertit̃. Vsus zuchari apud sanos est in confectiōibꝫ

et talem acquirit virtutē. qualis est res cum ipso confecta. zinciber in capitulo de aromatibꝫ.

¶ Anime passiones. Capitulum. xcvi.

Anime passiones licet vltimo scribant᷑ loco digniores tamē existunt. Vt attētiori solertia ab eaꝝ impressionibꝫ preseruemur. Nā multi cōperti sunt quos magnꝰ timor aut ira aut imensum gaudium interemit. cum ergo sit mors vltimum terribiliū facile poterūt varie egritudines ex talibꝫ aīe passionibus euenire. Ratione insuper et experientia ex antiquis accepimꝰ multos gaudio timore: ira: et alijs similibꝫ morbos accidere: et accidentibus multis curatos fuisse. qm̄ anima nr̄a cordiales spiritus pro instrumēto ad exequēdas suas operationes exercet. Sūt eīm spūs vehiculum virtutū anime ꝑ vniuersum corpꝰ. et scđm diuersos spirituū motus vel a corde ad extrinseca mēbra vel ab extrinsecis mēbris ad cor imprimūtur. vel diuerse qualitates vel in calore vel frigore. In timore eīm et tristicia infrigidātur extrema. In ira et furor aut distēperato gaudio calefiunt. et ꝓpter has causas possunt tēperate aīe passiones conseruare sanitatē. ⁊ distēperate passiones morbos inducere aut morbos curare. Inter ceteras eīm passiones: quas fugere aut insequi ꝓpter sanitatis conseruationē debemus. sunt amor/gaudiū/desiderium/spes/misericordia/seu compassio/audacia/tristitia/odium abhominatio/desperatio/timor/ira/et furor/tedium/inuidia/zelotopia: de quibus presentis nō est intensionis: vt animā aut ornāt. aut deturpāt dicere. Nā illud ꝑtinet ad illā philosophie ꝑtem que de moribus solet tractare: quā philosophi tradiderūt. nō vt sciamꝰ: sꝫ vt boni fiamus. Sed solū presentis intētionis est vt ad corporis sanitatē iuuamentū faciāt. Inquit Galienus primo de sanitatis cōseruatiōe ꝙ mores animi corrūpuntur ex malis consuetudinibus in cibis et potibus in gymnasijs et malis cōsuetudinibꝫ/inspectionibꝫ ⁊ auditibꝫ ⁊ quod oportet medicū qui debet sanitatē custodire studere ne mores animi corrūpant᷑. nō vt phūs vt hominē faciat virtuosum. sed vt non facile in egritudinē deueniat corpus. Etēm furor ira fletus tristitia et solicitudo āplius ꝙ̄ oporteat febriū ⁊ aliaꝝ egritudinuꝫ sunt principia. et inquit malos mores cum bona sanitate nō posse existere. Gaudium si magnum sit et subitū aliqñ interficit: et sincopes fatuitates et malas ꝯditiones inducit. Nam cū ex veritate philosophica concludatur oīm nostraꝝ opationū aīam esse principium et efficiens ⁊ ꝙ spiritus et naturalis calor sunt obediēs aīe instrumētū in suis opibꝫ. cū subito presentat᷑ obiectū intēse leticie spiritꝰ et naturalis calor velociter expandunt᷑ ad mēbra extrinseca et resoluunt᷑ derelinquēdo cor et

cetera mēbra depauperata spū et calore: et aliquādo est tā subita ⁊ in
ordinata vitaliū spirituū ad exteriora expansio et resolutio vt cor qđ
est nostre vite fons oīno absq3 spiritibꝫ remaneat. ⁊ mors accidat re-
pentina. cū tres frēs apđ ludos olympiades ex diuersis agonibꝫ vi-
ctoriā nacti eoꝝ coronas vt mos erat sup caput patris imponerēt. pa-
ter ilico pre nimio gaudio añ filioꝝ pedes mortuus cecidit. ¶ Mulier
romana ex intensa et inopinata leticia amplexu filij in eius brachijs
expirauit: suas quidē exequias veluti de mortuo in romanoꝝ ꝯflictu
apud cānas celebrauerat. itaq3 mulier q̄ grandi dolore mori non po
tuit est a subito ⁊ nimio gaudio ilico interēpta: sꝫ nūq̄ tali morte pru
dentē aut fortē virū ꝯtingit interire. Nā cū prudens nouerit hāc no-
strā quā vitā dicimus interire ⁊ mortē esse. et mundū hunc turbidū et
tenebrosum labyrintum caribidinosis aqueis plenū esse venenosisq3
blāditijs intellectiuo imperio passiōibꝫ e spiritibꝫ frenū ponet. ⁊ quo
cūq3 intensissime p̄sentato obiecto spūs tēperatis monitōibꝫ mouēā
tur. et aliqñ gaudiū nō repētinū ꝯtigit: sꝫ ꝯtinuū ⁊ inordinatū tūc fit
ꝯtinua et paulatina spirituum ad exteriora expāsio ⁊ resolutio. Inde
virtus paulatim debilitat᷑: et mors euenit nō repēte aut varia sequū
tur accidentia scđm diuersas passuri corpis dispositiones. Tristitia
siue animi dolor ꝯtraria ē gaudio. et ex ipa aliqñ mors repētina aut
paulatina ꝯtingit. p̄sentate eī obiecto et nouo ex quo accidat tristari
spūs. et nature calor ab intrinsecis mēbris ad cor. ⁊ intrinseca mēbra
ꝯcurrūt. exteriora gelida naturali calore depauperata delinquēdo. ⁊
est aliqñ tā intensa tristitia vt inordinate spūs ad cor subito ꝯcurrāt
et cū cor sit subitoꝝ spirituū puū receptaculū subito extinguntur ⁊ suf
focant᷑. ad quoꝝ suffocationē sequit᷑ subita nostre vite extinctio ꝙ si
tristitia sit inordinata nō tantū intensa aliqñ remis ⁊ ꝯtinua suffoca
tio et nostre vite paulatina ꝯsumptio ꝓ sanitatis igitur ꝯseruatione
summope temperata gaudia et solatia alacriora conari debem⁹. vt
q̄p possibile sit lete viuamus moderata cū leticia. spūs naturalē calorē
ad exteriora expādit mēbra. clariorē sanguinē facit. ingeniū acuit. in
tellectū solertiorē efficit. et viuidū colorē placidūq3 aspectū inducit:
atq3 totius nostre corporis virtutes excitat. et in eoꝝ opibꝫ agiliores
p̄stat. Quelibet tñ tristicia q̄tum facultas aderit fugiat᷑. Nā nullam
nūq̄ corpori nr̄o ꝑ se vtilitatē ꝯferre poterit. imo p̄terea q̄ supra dicta
sunt intellectū ebetē et errātem facit. sanguinē turbidū generat. pal
lidum colorem et aspectū horribilē efficit. ⁊ virtutes omnes in tedio-
sam segniciē inducit. Sed aliquādo tamen tristitia per accidēs vti-
litatē prestat singultum de repletione sedando. Nan in tristitia aut

animi dolore ꝑpter retractionē et spirituū vnionē ad mēbra intrin⸗seca ignoratꝰ naturalis calor. et consumit illas superfluitates in sto⸗macho. que singultum inducebant. Inde est ꝙ qui tristantur aut alij compatiuntur. aut de re tristabili recordātur. aut rem aliquam effi⸗re excogitant. Unde calor ad intra nunꝙ singultant. vt infra de timo re patebit. ꝙ si fallaci impellente fortuna tediosa emergāt noua. aut tristabilia presententur obiecta: oportet pro sanitatis conseruatione ꝗtum poterit a tristabili impressione preseruari: atqꝫ forti et virili animo ne apud mentem complantentur insistere. tum cum amicorū consolatione qui prudenter simul condolendo pondus doloris alle⸗uient. aut diuerso solatio secundum impedientē materiam animū patientis alliciant. tum ex cogitando fortune ludos non nouos esse. Immo vt plurimū grauiores suos ictus viris illustribus contigisse. ⁊ fortunā nulli dignitati parcere. seqꝫ ipsum inferioribus cōparādo. et qualscūqꝫ virtutes aut dignitates. aut cetera bona ꝗ ex deo sibi absqꝫ qđ per se meriatꝰ. cōcessa sunt cōtinuo premeditari et altissimo grates referre. Sed ex melioribꝫ remedijs ad tristitiā est ꝙ ratio sensum vin cat. Nam aut fatuus aut demens incurrit: sed prudēs ilico ratione a seipo has animi turbulētias ꝑcul eijcit. Nam cum de labili tēpore nō nisi momētū imꝑceptibile habeatur omnis cum tristia: aut de preteri to aut de futuro erit. Fatuū est eñ rē preteritā. aut irrecuperabilē de plorare: clara ꝓhibet ratio id virū exequi: qđ obesse pōt ꝓdesse nunꝙ. De futuro quidē aut verius aut contingēs erit rei euentus. de quo ac cidit tristari frustra. Tristamur nāqꝫ de eo quod impossibile ē aliter esse posse. Si quod contingēs erit sic cōtingenter poterit esse ꝯtrariū illiꝰ quod deploratꝰ accidere. ꝙ si certe tristātē rem futurā videmꝰ cuꝫ nostra vita incerta sit: continget aliqñ de rebus nō nostri: sed alieni tēporis deplorare. Insuper cum prudens nouerit accōmodata fortu⸗ne dona nec bona esse. nūꝙ de eoꝝ amissione dolebit. Sōnus ꝑterea aut solatiosum exercitiū dū fieri poterit: tūc tristē animi passionē se⸗dare solent. Ab intenso insuper et nimiū ad rē vnam affixio amore ca ueri decet. Siquidē in aliquibꝫ vltra ꝙ deceat affixa dirigatꝰ affectio emergit ilico solicitudo ꝗdā ⁊ semifatua et melācolica passio: ad quā sequitꝰ inordinatus fluxus et refluxus spirituuꝫ et naturalis calor ad cor. vnde diuersificatur anhelitus et variatꝰ pulsus ita vt ꝑpter obli⸗uionē anhelādi et inspirādi aerē apđ oportunā anhelationē accidāt. et anhelitꝰ interceptio. Et tātū crescit aliqñ apđ animā intensus fer⸗uor: vt influxus et virtutes eius a digestiuis et motiuis opibus distra hantꝰ. vñ sequitꝰ corporis macilētia et debilitas pallescitqꝫ vultꝰ ⁊ ad

varios morbos & acutas febres inducit preter amētiā & ꝓprij cōmodi obliuionē. Persepe em̄ videm⁹ ꝙ multi ex repatriādi amore ex filijs et amicis. aut ex rebus alijs vltra modū dilectis. semifatui et egretātes fuūt. Infinite quidē sunt fatuitatis spēs. Odiū insuper amori cōtrariū est ex ipō vt sūmatim dicat̄ ꝓpter cōcursum caloris ad intrinsecū oia fere mala accidētia sequūtur q̄ supius de tristitia narrabātur Ab odio ergo solerti studio caueri decet: vt supra de tristitia dictū est Solū em̄ vicio odio hr̄e debem⁹. vn̄ sequit̄ vtutū amor. & ex ɔueniēti naturalis leticia. q̄ tm̄ ad sanitatē pficua dicebat̄. Ad tēperatū & debitū rerū amorē q̄tum possibile est conari debem⁹ q: amor est multaꝝ bonaꝝ vtutū aīe & cuiuslibet gaudij principiū. qd ad sanitatis ɔseruationē. magnū auxiliū p̄stat q: primo rē quā bonā credim⁹ amam⁹. et postea emergit rei illi⁹ desideriū et hm̄i solicitudo. et tandē in eius fruitiōe comitāte amore sequit̄ delectatio. Pari modo rē quā malam credim⁹ habemus odio. deinde consurgit rei illi⁹ abhoiatio. et tandē si odiosa res contingat sequit̄ tristitia & dolor animi. Ex p̄dictis manifestū erit ꝙ dū debitū et moderatū amorē debet rei desideriū ꝓportionari: & scdm̄ imoderatū nocētis rei odiū debet esse illi⁹ abhoiatio. Ab imoderato ergo desiderio. & imoderata abhoiatione. q̄ desiderio contraria existit cauendū est ꝙ ex ipsis sequūtur mala accidētia similia illis q̄ de tristitia seq̄bant̄. Jmmo ex imēso desiderio si cessat optate rei adeptio sequit̄ imensa tristitia. q̄ tantū sanitati infesta dicit̄. et simul ex imensa abhoiatione sq̄uit̄ si per casum exose rei euētus ɔtingat inesse. Ab imoderata insuper spe & desperatione p conseruāda sanitatem vtile est caueri. Spes q̄dē circa bona ardua & possibilia. aut ea q̄ scdm̄ rationis iudiciū ɔtingere nequeūt. neq3 ad cetera talia animi figmenta adhibenda discreti viri excogitatio et fantasia. Nā vltra hoc ꝙ virum a ꝓprijs cōmodis et bonis meditationib3 alienū efficiant: corporis sanitatē impediunt. Cum quidē supuenit ratio & speratam rem impossibilem aut de raro contingentem indicat ilico desperat. et tū intensus vtplurimū sequitur animi dolor & tristitia: q̄ta fuit et circa speratam rem affixa premeditatio. Nec de futuris bonis q̄ recto et rationabili iudicio sperari debent desperandum est: quia cum desperatiōe comitatur tristitia et animi dolor sanitatis cōseruationē impediēs. Ergo qui hūilis & magnanim⁹ est: suos affect⁹ cognoscit. ꝓprias facultates & emergentes fortunas mensurat nūq̄ aliquā rē aggredit̄ et p̄meditat̄. vnde nūq̄ an̄ tēpus de sperāda re desperat. ꝙ si spes sua ex cōtrario euentu aliqn̄ prudentē fallat: ad illa recurrit remedia que supra de tristitia dicebantur. Ab immensa audacia et

temerario agressione arduaꝝ reꝝ: ex quibꝫ posset subitus et immoderatus timor accidere caueri debet. Nã magno iminente timore calor naturalis et spũs extrinseca mẽbra derelinquũt. et ad cor tãq̃ ad eoꝝ arcẽ et principiũ nostre vite refugiũt. Unde pallescit vultus ⁊ gelid⁹ quidã tremor exteriores ptes ingredit̃ et cutis circa piloꝝ radices ex fuga caloris ad cẽtrũ ꝯdensant̃ ⁊ ꝯstringunt̃ pori vnde exeũt ppter qḋ in timore oẽs fere corpis pili erigũtur. Et qñqꝫ est tam intẽsus timor vt ppter subitũ ⁊ inordinatũ ꝯfluxũ spirituũ ad cor. accidat ipoꝝ repẽtina suffocatio ⁊ mors: aut corpus inueterascit ⁊ alias malas egritudines inducit. Unde vnus ex antiquis autoribꝫ narrat. q̃ quidã iuuenis dũ suspẽsus p cistã traheretur. vt pullos falconũ acciperet. et trũcata fune ex eminẽtissimo caderet loco ilico fere totus canus fact⁹ est. Multi insuper iuuenes ex puissimi tẽporis naufragio iminẽte mortis timore iueterati sunt. Multi et in carceribꝫ p paucos dies detẽti de futura certificata morte ad duplã fere etatẽ antiquiores iudicant̃. Ad medicos plures palitici ex timore facti ꝯcurrũt. Quãto ergo possibile est debem⁹ timores ⁊ timoris causas fugere. Prudẽs eñ primo ⁊ parũper timorẽ ⁊ timoris causam studiose pquirit anteq̃ rẽ arduã et añq̃ pprias vires aggrediat̃. prio aggressu se fortẽ ⁊ audacẽ prebeat oẽm penitus timorẽ pcul eij tiẽdo: q̃ si fortuito euẽtu aliqḋ extimẽde ꝯtigerit: nihil quippe apḋ humanũ genus maius morte timeri solet cũ trito dicat̃ puerbio vltimũ terribiliũ esse. Tunc quidẽ ratio et animi fortitudo seipm̃ vincat: vt firmo et audaci iudicio si ꝯsulat. neqꝫ mortẽ timendã: neqꝫ optandã esse. qm̃ frustra timet̃ quod euitari nõ potest. aut optat̃ quod ilico euenturũ est. Nã adamantiua lege oritur vnusquisqꝫ vt moriat̃. Audaci ergo animo insistendũ est: nã nullus maior hostis in mortis piculo q̃ timor. Ipe quidẽ ingeniũ et rationis discursuꝫ obũbrat. et corporis vires dũ illis maxime op⁹ est annihilat vnde solet vt plurimũ pnities euitari. Aliqñ tñ p accidẽs timor iuuamentũ prestat. Sedat eñ singultũ si ex repletione fiat. Nã ppter retractionẽ spirituũ ad mẽbra ex puo timore vigorat̃ naturalis calor ex ppria vnione in mẽbris cẽtralibꝫ cũ virtus vnita maior sit seipa dispsa: ex eius vigoratiõe sequit̃ citior ꝯsumptio et facilior resolutio materierũ mordicãtiũ os stomachi. vnde singultus causabat̃. Et hec ẽ cautella mulierum dum singultãt pueri imponere illis timorem vt singultus citius reprimatur. Eadem ratio aqua frigida si subito absqꝫ preuisione patientis in eius faciem pijciatur: singultum sedit. facit enim naturalem calorem ad interiora redire et citius materiam singultum causantẽ resoluere. A fide digno audiui quẽdã ob grandẽ

timorē a quartana curatū tumultuante ob ciuiles factiones sua ciuitate annis dū a quartane p̄ximo p̄mebat̄. Alteꝝ aūt legim⁹ a quartana liberatū ꝓpter duos serpētes clam in lecto iussu medici iuxta febrientē impositos. Ab aspectu insuper ⁊ frequēti rememoratiōe terribiliū ⁊ fortuitoꝝ casuū: ⁊ a flagellatis ⁊ dolētibꝫ ⁊ ḡnaliter a miserabilibꝫ ꝑsonis q̄bꝫ ꝯpati oporteat. aut quibꝫ ex naturali inclinatiōe miserēdū sit caueri decet: q: ex hoc illa mala accidētia ꝑ sanitatis cōseruatione sequūtur q̄ ex tristitia sequi debebātur. Et similia: ⁊ iam accidūt de rebus ex quibꝫ verecūdari ꝯtingit. iō ab oīm ope ⁊ cōmissione negotioꝝ ex quibꝫ verecūdari oporteat abstinere decet Ab ira etiā cauēdū erit. Nā cū ita vt inquit Phūs sit ebullitio sanguinis circa corꝓpter appetitū vindicte. vt quis de illata iniuria puniat̄. Ex tali ergo ebullitiōe. sicut ratio ⁊ quotidiana testatur experiētia. acciduūt febres bona humiditatū ꝯsumptiōe male atqꝫ varie corpoꝝ dispositiones. Pari rōne cauēdū est: ne in furorē incidam⁹. ex quo ea mala accidētia sequūtur q̄ de ira sequi dicebat̄. licet autores ponāt differentiā inter irā et furorē: q̄m furor est passio absqꝫ appetitu vindicte ⁊ q̄ tēperata ira q̄ apd̄ ph̄os inter morales v̄tutes numerant̄. sua ebullitione et accidēte caliditate calorē naturalē debilitatū aut sopitū ꝯfortat ⁊ et expergefacit. et ad bonā sanitatē iuuamētū ꝑbet. Similiter ab inuidia cauēdū est q: ex ipsa sunt accidētia et passiōes. q̄ ex tristitia seq̄bātur. cū tristitia nil aliō sit q̄ inuidia ⁊ animi dolor de apparēti bono alterius. zelotopia aūt ad timorē reducit̄ cū nō sit nisi timor amittendi ꝓpria bona q̄ plurimū diligūtur. cū molestia animi ⁊ solicitudie ⁊ intantū crescit aliq̄n amittēdi timor aut stimulosa solicitudo ne dilecta bona ꝑdant̄. aut dolor ⁊ tristitia. dū defendi aut custodiri nequiuerūt q̄ sanitati maximū nocumētū inducūt oēs naturales virtutes debilitat digestiuā impedit. appetitū ꝓsternit. suspira ⁊ anhelitus difficultatē facit: et tam aīe q̄ corporis virtutes eneruat. Ideo a zolotopia et causis zolotopiā inducētibꝫ fugiat̄. he passiōes dū modū transcēdūt ad sanitatis ꝯseruationē nocumētū faciūt. De coitu aūt in hoc libello nil ꝑcipit̄ aut ꝓhibet̄. tū ꝓpter honestatē religiōis. tū etiā in hac vltima et deteriori etate nostra. aut nosipsi exp̄ti simus aut apud otiosa colloquia ab exp̄tis audiuim⁹. q̄ imoderatus et superfluus ei⁹ vsus et ꝓprie subito post stomachi repletionē aut crapulā magnā nocumētū infert. Moderatus vero ad sanitatis ꝯseruationē iuuamētū prestat.

¶ Finit libellus de conseruatione sanitatis.

¶ Tractatus Petri de Abano de remedijs venenorum.

¶ Prologus.

Reuerendissimo i xpo patri et do-
mino dño. N. diuina puidentia
summo pontifici Petrus de aba
no minimus medicoꝝ cum deuo
tione. presens scriptum tam vr̃e
petitioni ꝙ pro debiti solutõe af-
ferre iuxta posse obedire ppono
vt sanctitati vestre. tū ad pfectū
corporis. tum ad scibilia coaugē
da tractatum vtilem non minus
ꝙ breuē de venenis inscribā. Pri
mo siquidē diuisionē faciā de ve-
nenis. Sunt em̄ nobis magis nota quecunqȝ per ptes diuidūt quod-
dam totum. Scḋo vnūquodqȝ diuisionis membrū resoluam hinc ad
terminū singularem sic enium cuiusqȝ rei scientia cōplet̃ a genera-
lissimis ad specialissima descendendo. Tertio describā moduȝ scḋm
quem venenū mortificat et nocumentum inducit humano medicine
corpori primatum. inde naturam nocia curationis in arte medicine
venenatur. Quarto sermonē faciaȝ de precustodia et cautela ne aut
venena ppinent̃ aut si ppinata nō noceant. precustoditiua em̄ ars est
curatiuam excusans. Quinto signa ponam et curas ad quodcunqȝ
venenū assumptum et ad eius nocumenta introducta. Sexto et vlti
mo virtutes bezoarticas: id est a morte liberantes occulta virtute po
tius et diuina ꝙ complexione vel natura ad quodqȝ venenum descri
bam. et cum hoc soluens questiones duas difficiles valde. Quarum
prima erit de tyriaca magna. vtrꝫ tyriaca sit alicui veneno bezoar vel
medicina. Et scḋa erit vtrū venenū aliqḋ possit ad certū tpūs taliter
exhiberi ꝙ ex eo quis ad illud moriat̃ ⁊ nō ante.

¶ De diuisione venenorum. Capitulum. ij.

Omnia venenum oppositū est cibo nostri corporis: ideo sicut ci
bus ipse efficit̃ pars nostri corporis et se totū assimilat pti
nutrite vicē tenens partis dissolute. ita venenū nostrum
corpus seu ptem cui approximauit ad suijpius venenosam naturam
totū trahit et cōuertit: ⁊ deniqȝ assimilat sibi ipm adeo vt sicut aialia
⁊ terre nascētia quoꝝ natura cibos cōuertit in spēm nutritoꝝ a nobis
comesta in nostruȝ alimentū cōuertunt̃ et spēm. ita quacūqȝ corpora
veneno sunt iuncta si comedant̃ a nobis trāseuntia faciūt nostra cor
pora in venenum. qm̄ oīe agens prestāti⁹ est patientie. sic nr̃a substā

tia per modum passiui transit ad presentiam veneni quod se habet per modum actiui in veneno. sicut palea subiecta igni transit in ignem. est enim ignis totus actiuus ad paleam: quare sapientes medicorum venenum dixerunt esse de genere rerum interficientium et destruentium complexionem et compositionem et interdum inducentium solutionem cõtinuitatis. ita vt egritudines que ex venenis accidunt sint de generibus cõmunibus et nõ proprijs. Diuiditur autem veneaum tribus modis. Nam vno modo consideratur prout fit diuisio generis in species. et scdm hoc dixerunt Auicẽna et Auer. quod venenorum aliud est de minera. aliud est de vegetabilibus. aliud est de aialibus. De minera quidẽ est vt quecunque sub terra generata perniciosam hñt materiã vt argentũ viuũ et gipsum et es. et quidã lapides: vt magnes et lapis armenus nõ lotus: et plũbum vstũ et arsenicũ et realgar et cerusa plumbi et de multis alijs de quibus infra ĩ speciali dicet. De vegetabilibus vero sunt quecũque plãtarum quod cõtrarijssime sunt nature cibali. vt apte nati nõ sint ad nutriti spẽm cõuerti: sed potius sunt prõpta cõuertere. vt elleborus et turbith nigrũ: napellus et gumi napelli. et fungi quidã: et tubera et viduã faciẽs et mezereon et oliãder et apiũ risus etc. De aialibus autem venenosa sunt oia quorum natura lõgissime distat ab humana complexione. aut opposita et ĩimica; est spẽi qualia sunt serpentes et drachones et thiri et vipere. et lepus marinus. et carnes assate et statim suffocate et pisces frigidi. et morticine carnes. et etiam putride et que a fulgure sunt percussa et mortua. Et quecunque sunt patiẽtia rabiẽ. et multa que infra in speciali dicent. Scdo modo cõsiderat venenũ relatũ ad nos. et scdm hoc dixerũt venenũ aliud est assumptũ intra corpus et aliud extra. quod vero est assumptũ intus est de genere potionum pniciosarum datũ sub specie cibi vel potus. vel medicine. et hoc est quod plurimũ fit. a quo reges et prelati et odiosi cauere debent. Quod vero extra est dicitur reptilium morsus sicut cum visu aut auditu gestu aut tactu aut odoratu sentitur venenum Visu quidẽ sicut venenat basilicus. Auditu sicut venenat serpẽs quidã innubia qui est corpulentie duarum palmarum acutũ hñs caput et viridis existẽs coloris qui regulus vocat. sibilando nãque aues et aialia eũ audiẽtia interemit. Gustu quoque sicut aspis surda quod sputo suo quos tãgit interficit: et tirus quos mordet et vipera penit. Tactu vero sicut serpẽs quẽ miles de quo Auicẽna dicit interfecit cũ lãcea. et ex ptractu lancee manus militis et totũ corpus fuerũt mortificata. et sicut piscis quidã qui stupefactor vocat de quo Ga. dicit quod cũ intrat rete piscatoris manus et brachia stupefiũt intãtum quod insensibiles efficiũtur.

Odoratu vero sicut quidam fūgi perniciosi de quibus dicit Rasis: ꝙ cū euellūtur a terra et odorati interficiūt odorantem. Tertio modo consideratur venenum ꝙtum ad specificam differētiam qua differt species a specie: et secundum hoc dixerunt omnes medici et philosophi naturales ꝙ venenum aliud est quod facit operationem suam a qualitate sua siue a complexione: et aliud quod facit hoc idem per virtutem fluentem a tota specie ꝙ medici formam specificaꝫ vocāt quod nihil aliud est nisi meritum quod vnūquodqꝫ compositum ex quattuor elementis scđm maiorem eat minorem proportionem ipsorum elementorum in composito sortitur et meretur habere ab influentibus stellis fixis que species inferiorum compositorum respiciunt et prout ipsorum materie apte fluunt iuxta illud. virtutes stellarum vehuntur inferius mediantibus lineis piramidalibus et rectis que in lumine ipsarum stellarum firmantur: qđ lumen per lineas diuersas vectum de stellis deportat virtutes specificas quas dereliquit in compositis scđm ꝙ componentia meruerunt. Et hoc est ꝙ recte Auicenna dixit in canone ꝙ talis forma specifica aduenit rebus post primam complexionem elementorum in composito. et quia ignoramus semꝑ et ignorabimus in eternum quantitates: et pondera elementorum ī compositis. Ideo tales formas specificas aduenietes iuxta meritum talis et talis propositiōis in compositis necesse est ignorare neqꝫ de ipsis plus scire possumus nisi ꝙtum prebet hoīm experiētia et proptera in talibus plus ꝯferunt experti ꝙ rationales medici sicut bene in prohemio methaphisice Aristotelis dicitur. Venenum ergo quod a qualitate sola facit operatiōem variatur scđm diuersitatem qualitatum. Nam aliud calidum: aliud frigidum: aliud siccum: aliud humidum. Calidum quidem duobus modis interficit: quia aut calefaciēdo corrodit interius assumptum vsqꝫ ad cor et extra appositum vsqꝫ ad medullam ossis: et sic interficit soluēdo cōtinuum quale est lepus marinus. aut calefaciēdo inflammat ⁊ intus exteriusqꝫ ad cor: et sic interficit substātiam cordis superflue inflammādo. Et hoc est sicut euforbium et elleborus. Frigidum vero venenum similiter interficit duobus modis: scilicet aut stupefaciendo propter maximam eius frigiditatem vsqꝫ dum ad cor reddatur immobile. et hoc est tale quale est opium aut opilando vias anhelitus et claudēdo ita ꝙ quasi anhelare nō possunt et vsqꝫ ad cor aufertur anhelitus. et hoc tale quale est plumbum vstum. Siccum vero venenum interficit duobus modis: scilicet aut consumendo humidum sanguinem cordis: et quasi in crustam conuertēdo: et hoc tale est quale est calx nō extincta: et colchotar

aut separādo partem a parte donec oīa membra vsqꝫ ad cor: et in
minimas partes nō liquefiat: sed soluētur. et hoc facit tale quale est
realgar. Humidū vero venenum dicunt quidam non inueniri. quo-
niam non ascendit humiditas ad quartum gradum. et quartus gra-
dus venenosam reddit qualitatem: quoniam corruptum est ⁊ morta-
le. Sed Galienus narrat de quodam quem in somno serpens quidā
momordit et excitatus nō valēs surgere tractus per manum remā-
sit caro corrupta: et putrefacta super terram: et ossa denudata appa-
ruerunt vnde ex putrefactione oculta et facili carnis solutione ꝓbat
Galienus. venenum esse humidum: et ex hoc genere scdm aliquos ar-
gentum viuum videtur esse venenum quod solum humidum in quar-
to gradu esse fatentur. Sed venenum quod a tota specie soluente vir-
tute siue a tota substātia siue a forma specifica interficit nō quia est
calidum neqꝫ frigidū neqꝫ siccū neqꝫ humidum: sed qꝛ tale id est quia
oppositam habet virtutem ad vitam hominis et sanitatem: et istud
venenum in quacūqꝫ paruitate sumptum ita etiam vt sensum intus
fugeat interficit multiplicando seipsum quoniam quācūqꝫ humani-
tatem nostri corporis īuenit ipsam statim in venenum cōuertit: ⁊ hoc
virtute sue speciei. et tale est quale est napellus.

¶ De vnoquoqꝫ veneno in speciali. Caplm. iij.

Venena minere specialia et plātarum et animalium nō nisi
nota et famosa dicemus ne occulta narrātes virus in agues
addiceremus ob eam eius solam causam vt preuisa minus
ledant aut nunꝗ ledāt hec scribuntur non vt alios ledere doceamus.
Mineralia igitur venena quedam sunt a natura: quedam ab arte
procurata. A natura quidem que in ventre terre generantur. et horū
vnum est argentum viuum quod intus assumptum quādoqꝫ interfi-
cit sua humiditate putrefacere faciētem humiditatem cordis natura-
lem. quādoqꝫ autem interficit sua frigiditate actuali cōgelante cor.
cuius signū est ꝙ quidam apotecarius cum de nocte tempore magni
estus sitiret tētans īuenit ampulam plenam argento viuo quod bi-
bit et mane inuētus est mortuus. et inueniētes argētum viuum exire
de ano. anotomizatus fuit et inuētus fuit sanguis circa cor coagula-
tus: et ipsum cor similiter. Inuenerūtqꝫ in stomacho fere librā vnam
argenti viui. Aliud est argētnm viuū quod fit ab arte alchimie subli-
matum in alludel: quod est vas alchimistarū et istud est deterius et
magis perniciosum ꝙ naturale. quoniaꝫ minerale sepe per ventrem
secedit vel sponte vel cum clisteri: sed sublimatum assumptum inte-
rius corrodit intestina et apostemat cor: et retinetur vrina: et prohi-

betur eius exitus et moritur. Extinguitur etiam argētum viuū cum forti admixtione saliue hominis donec dispareat. quod si proijceris super ipsum aquam feruētem et redierit ad primam dispositionem nō est extinctum et hoc deterius est quam purum viuum et minus malum quam sublimatum. Scdm venenum quod est a natura minere est gipsum quod intus assumptus sua frigiditate coagulat sanguinem et inspissat spiritus et inducit difficultatem anhelitus: et deinde moritur et hoc datum crudum in potu tritum. coctum vero nō est venenum: sed medicina stiptica valde. nascitur autē in venis terre montuose. Tertium est es quod metallinā habet naturam compositum ex argēto viuo et adurente sulfure ad formam tuberis deducēte quod quidē cum per fabros percutitur et maliatur scorie que cadunt et date in potu venenant: et ventrem fortiter soluere faciunt: et hoc medici vocant tubel eris. inde etiam vinum si reponatur in vase eneo aut cupri aut electri et bibatur vomere facit. Tertium est scoria ferri eruginosi et ipsa erugo que intus assumpta adherendo intestinis exiccat humiditates et corpus: et senectam inducunt. id est quādo egritudinē quā medici marasmum vocant. vtuntur autem medici scoria ferri consolata in curatione multarum egritudinum. Quartum est lapis magnetis qui assumptus intus melancolicum et lunaticum et pistrigiatum facit recipientem. vtuntur autem eo medici cōsolato cum alijs medicinis in curatione melancolie. Est autem lapis iste duarū specierum. Vna est que trahit ferrum vertēs illud ad polum septentrionalem vbi dicitur esse minera magnetis. Alia est que trahit carnes humanas vertens tractum versus polum meridianum vbi dicitur esse minera ipsius. Hec autē trita et data in potu viscera contrahit et globum reddit. Quintum est lapis armenus qui rubeus est et assumptus intus si non est locus scdm doctrinam medicorum est venenū vomitiuum: et eo vtuntur medici in cura melācolie passionis. Quintū est lapis stellatus quem medici vocant lasuli qui si non fuerit lotus datusq; in potu subuertit stomachum et dolorem intestinorum facit. quo vtuntur medici contra quartanam. Sextum est arsenicum siue auripigmētum quod est de specie gipsi: vt dicit Albertus. quod caliditate et siccitate sua: et perniciosa natura venenum est pessimum putrefaciens: et valde mortificatiuū: sed si sublimetur scdm alchimiam in vase aludel est pessimum venenū intus assumptum. et si sepius sublimetur efficitur abyssum: et tanto deterius efficitur venenum. Venena vero que per artē fiūt litargirū quod ex plumbo fit fuso in olla cū testis olle fractis quod assumptū intus facit intestinorū stipticitatem.

Sic et cerusa et calcucecumenon quod quidem corrosum est et venenum et mortale. Sunt et plumbum ustum quod fit ex sulfure et auripigmēto qd est venenū opilans anhelitū: et interficiens suffocando. Sūt et azurū qd fit ex lapide lazuri qd ē venenū exsiccatū. Sūt ⁊ realgar quod ex fulgure et plumbo fit corrosiuum existens venenū intus assumptum. Vegetabilium vero venena quedam sunt succus herbarum quedam vero semina ipsarum. Succus quidem cicute: et succus titimalorum. et succus cucumeris asinini. et succus usnee. et succus bothormarien. et succus coriandri. succus mandragore. et succus papaueris nigri de quo opium fit. et succus corigiole lactātis de quo fit scamōea. et succus apij risus. et succus cerue id est gira solis. ⁊ succus napelli. et succus oliandri. et succus mezereon. ⁊ succus ellebori nigri et succus alfesire id est vitis albe. et succus briōie id est cucurbite siluestris. De fructibus vero sunt cornua oleandri: et cornua bedeguar: et anacardi: et nuces et auelane rancide: et nux vomica et coloquintida que solitarie fuit nata in arbore sua. et ficus pharaonis. et poma mādragore. Semīa vero sunt iusquiam⁹ ⁊ cochognidij et baccelauri rācide. ⁊ cataputie semē urtice. ⁊ semē papaueris nigri. et semē ellebori ⁊ semē cicute ⁊ semē coriādri hūidi. et semē ꝑpētarie q̄ oīa comesta vel bibita aut pimūt modis supradictis aut infirmāt corp⁹ ⁊ alterant. De animalibus vero sunt quedā de cerebris ipsoꝝ. quedaȝ de caudis. quedam de sanguine. quedam de saliua et sputo. quedam de fellibȝ. quedam de toto corpore. Jn cerebro quidem gatte venenum est perniciosum faciens hominem ametem similiter in cerebro vespertilionis. Jn cauda vero cerui venenū est pessimum ꝑpter quod venatores extremitatem caude cerui quādo volunt ceruum comedere abscindunt Similiter in cauda scorpionis et rutele et vespe et apis et exunguiū animalium et quorūdam serpentum. Jn sanguine vero sicut in sanguine bouis veteris. et in sanguine buffonis et eius sputo. et in sanguine hominis colerici ruffi in furia positi. et in sanguine menstruo. et in sanguine leprosi. Jn sputo vero siue ī saliua hominis ieiuni nō ad hominem: sed ad scorpionem ⁊ serpentem. Jn sputo buffonis ⁊ sputo et saliua vipere. que cum coire vult cum pisce venenuȝ deponit in litore super lapidem quendam. deinde rediēs suum colligit venenū. Et in saliua et spuma canis rabiosi. ⁊ in saliua gatte. simee et muris et hominis ieiunij facientium morsum. De fellibus vero sicut est fel leopardi quod est venenum a forma specifica statim pariens. De toto vero corpe sicut sūt cātarides et salamandra de quoꝝ oīm summa dictū est ꝙ aut a qualitate aut a spē interficit predictū venenum.

¶ Ad sciēdum scdm quē modū venenū interficit aut nocet.

OMne nāqȝ venenum inḡtum est venenum oppositam habet qualitateȝ corpori nostro. Hec autem oppositio magnū dubium facit quo modo et qua via venenum ad cor hominis transitum patiatur. Nam aut venenum trahetur a corde sicut ferrum a magnete. aut ipsum transibit ad cor aut vtroqȝ modo corde scilicet attrahente et veneno currente: ꝙ si nullo predictorum modorꝫ erit asserere relinq̄tur ꝙ nullo modo venenū ad cor trāsire possit. ⁊ sic cessabit oppositio veneni ad ipȝ cor quo posito dicemꝰ venenū nō eē perēptū cordis: cuiꝰ oppositū videmꝰ ꝙ assūpto veneno pnicio vt napellus statim sincopis apparet que passio est cordis et tremor cordis et pulsus: defectus et omnia accidentia cordiace passionis ꝑpter quod sciendum est ꝙ cor dum est sanum sicut et cetera membra nihil attrahit nisi sanguinem sibi consimilem et spiritum quorum vnum reponit in dextro ventriculo cordis et alterum in sinistro. quando vero infirmum est trahit ad se qualitatem contrariam sui nocumenti sicut quando est super calefactum attrahit ad se aerem frigidum. et hoc facit et sanguinem frigidum per virtutem naturalem attractiuam sui similis dum ipsum est in potestate nature et per appetitum sensitiuum animalem quo vnūquodqȝ membrorum lesum appetit deliciam et sentit conueniens et contrarium sui nocumenti. Venenū ergo vt cum in nullo participet cum complexione cordis: et natura ab ipso corde dum sanum est non trahitur immo refugiet illud tanq̄ inimicum oppositum quando vero cor esset infirmum ex appetitu sensit. immo appeteret et traheret contrarium sue passionis. et scdm istum modum venenum veneno curatur. Nam quando aliquis venenum assumpsit puta opium quod infrigidando corpus vsqȝ ad cor. et deinde coagulando sanguinem corde ex quo mors introducitur anteq̄ cor sensum amittat ex frigiditate opij sentiens nocumentum desiderat medicinam calidam. et si detur castoreum quod de se est in genere venenorum ipsum castoreum cor trahet mediante appetitu sensitiuo non vt venenū oppositum substātie cordis: sed vt oppositum qualitatis male introducte per opiū. hec autem ratio nō plus mōstrat quā cor attrahit ad se venenū: nisi sic quodlibet membrorꝫ infirmum ad se trahat oppositā qualitatē. preterea dato ꝙ cor quando sentiuit nocumētum veneni frigidi virtute appetitus sensitiui appetat medicinam calidam. et ipsam ad se trahat adhuc stat questio quo modo illud venenū primum datū transiuit ad cor. Quare dicendum videt̄ ꝙ nullo modo cor ad se vnq̄ venenum trahit. quoniam neqȝ in

ꝙtum simile est cordi. quia nullam similitudinem cum ipo habet nec inꝙtum contrarium: quoniam cor nunꝙ fuit talis dispositionis ꝙ venenum esset oppositum illius. nec potes inferre ex hoc nullam esse oppositionem inter cor et venenum. quoniam licet cor venenum nõ trahat: venenum etiam licet non currat neqꝫ etiam vtroqꝫ modo cõtingat. Est tamen dare alium modum quo directe apparet oppositio et peremptio manifestat Nam venenum quoniam actiuum est a forma quam habet perniciosam et destructiuuꝫ cordis. quicquid tangit in corpore humano conuertit in illam speciem venenosam: et seipm multiplicat inficiendo humiditates nostri corporis in venenosam naturam qua multiplicata augetur virtus veneni. Nam dicitur in geometria ꝙ geminata quantitas augmẽtat virtutem vnde ex modico veneno assumpto ꝯuertente quod tangit ad suum simile augetur virtus et multiplicatur: ita vt de facili per modum continui corporis cuius extrema se tangũt attingit parum in quãtitate venenum ipsum quod etiam cum tangit conuenit ad venenum: et ex eo tunc spiritus vitalis non habens debitum organum in quo resideat: cedit forme veneni et eg rediens de corde dimittit cor et corpus sine motu et hoc est mors. cuius signum est ꝙ illud cadauer si comedatur venenum efficitur comedenti. Est tamen adhuc sciendum ꝙ artarie cordis ꝛ ipsi ventriculi cordis motu dyastoles et sistoles. id est per modum naturalem attrahendi et expellendi quem habent continuo ꝙto tempore viuit animal attrahunt ad se circunstantem spiritnm. ita ꝙ etiam artarie que ad cutim terminãtur per poros suos aerem exteriorem continentem nos attrahunt vsqꝫ ad cor: et per easdem cor exufflando expellit calores et fumos. ita ꝙ si aer contineus nos fuerit venenosus et pestilentialis per ipsas artarias motu dilationis attractus cor inficit ꝛ inde egritudines pestilentiales contingunt nõ vt artaria vel cor de sui natura venenum trahat. sed quia sub specie aere. ꝛ spiritus attractus venenosus vapor ingreditur. et scd͂m hoc dixerunt sapiẽtes ꝙ est venenum dormire seu degere sub arbore nucum et in ortis calium ꝛ sub vmbra oleandri. et balneart in aquis sub cuius ripis oleander ꝛ arbores venenose crescũt. Narrat em͂. Galie. de quodam qui se balueauit in balneo calefacto de lignis excisis de cauernis serpentũ qui mortuꝰ fuit ex vapore lignoꝝ cum quibus fuit balneum calefactũ infectum veneni. Et Aristo. in libro de ꝓprietate elementorum et planetarum dicit. ꝙ tẽpore regis Philippi oẽs mercatores trãseuntes per quãdã viam que ad ciuitatem applicabat quando erant in parte illiꝰ vie in qua duo mõtes vnus hic et alter hinc existebat statim moriebantur.

Et tũc Socrates parari fecit caueam vitream in qua intrans se illuc iussit portari. et respexit duos serpẽtes vnum in vno monte et alium in reliquo existentes qui aerem illius loci inficiebant vnde transeuntes moriebantur. Ruffus etiam dicit ꝙ antiqui reges fecerunt puellam nutriri napello: vt per eius anhelitum et amplexum coeuntes cum ea morirentur: Similiter in sentinis nauium et ĩ cauernis profundis: et in locis inhabitatis: et in locis fetidis propter aerem attractum habitãtes venenãtur. Dicit namqꝫ Auicẽna ĩ capitulo primo. ꝙ nulla res est magis ĩimica caloris ĩnati et cordis ꝙ̃ magnus fetor a quo subito spiritus vitalis a corde recedit. et ꝙ̃to complexio cordis ⁊ artariarum alicuius hominis calidior fuerit et rarior tãto citius venenum tam bibitum ꝙ̃ respiratum perimit et occidit. quoniam calidum corplus attrahit ꝙ̃ frigidum de anhelitu. et vie latiores sunt in artarijs calidi cordis ꝙ̃ frigidi. ita ꝙ iusquiamus passeres nõ occidit propter stricturam viarum ad cor. Hoim autem sic: quia latiores hñt vias per quas facilior est trãsitus spiritus venenati. ⁊ ꝙ̃to venenum de sui complexiõe est calidius tãto deterius efficitur: dato ĩ homie calidiori. quia vtriusqꝫ caliditas se iuuat ĩ vnum effectum: sed exhibitum ĩ frigidiori natura suum tardat effectum. Verũtamẽ tãta posset esse caliditas naturalis ꝙ etiam venenum calidum superaret: et repelleret: et ipsius nocumentum prohiberet aut mortem. et inde est ꝙ multi homines venenati immo cibo et eadem quantitate in eadem cena aliquis moritur: et aliquis euadit: et aliquis excorticatur vel infirmatur: sicut ego qñqꝫ vidi in quadam cena fuisse quattuor venenatos comedentes singuli ferculum venenatum quorum vnus fuit mortuus statim: alius euasit omnino reliqui duo infirmati fuerunt ad mortem. qui vero euasit animosus erat et calidi cordis. qui vero mortuus fuit minus calide complexionis. qui vero infirmati fuerũt calidiores erant natura ꝙ̃ ille qui migrauit: et minus ꝙ̃ qui euasit. hoc autem non aliter esse potest. nisi quia calor naturalis qui mouet ad formam vite resistit inꝙ̃tum potest calori accidentali tam febrili quam calidi veneni quam etiam calori aeris pestilentiali: et calori exitus et dierum canicularium qui omnes calores mouent ad incinerationem et dissolutionem compositorum. Vnde Auicenna dixit in capitulo primo ꝙ nihil est quod resistat malis qualitatibus: et calori febrili plus ꝙ̃ calor innatus: adeo ꝙ etiam venenis calidis repugnat non complexionaliter sed formaliter: quia calor naturalis informatus est regulatus ab anima nostra que mouet ad vitam mediãte calore naturali tanꝙ̃ suo instrumẽto. Et ideo dicitur ꝙ oĩne opus

nature est opus intelligentie id regentis unde signanter natura dicitur de calore tam a philosophis q̄ a medicis cum dicunt calor naturalis et nō frigiditas naturalis et pportionatur ut dicit Horati⁹ astrologus ad olcotodeum: id est ad cōstellationē et locum celi qui dicit̄ dator vite. Venenū vero frigidū datū in complexione hoīs frigidi frigiditate utriusq̄ citius perimit q̄ datum in ꝯplexione calidiori. Sed si venenū fuerit de illis q̄ a tota specie interimūt: ut est napellus et ei⁹ gumi et fel leopardi et tyrus tunc ꝯplexio bibentis venenū nihil impedit vel confert nisi p tāto q̄ in calido homine vie sunt latiores ad trāsitum in frigido strictiores.

De precustodia et cautela ne aut venena propinentur aut propinata non noceant. Capitulum. v.

Oportet suspicantem aut timentē venenosam potionē vel cibū ut utat̄ regimine duplici. Primū est defensio cū cautela. Secundū est destructio assumpti veneni cū virtute. defensio vero cū cautela est ut ante comestionē suc mēse corā suis ferculis et potib₃ sint res discernētes et significātes fore venenu₃ si fuerit. et hoꝝ unum est sicut cornua serpētis q̄ sudant in aduētu: scilicet napelli: et tyri et fellis leopardi et nō in alioꝝ venenis. Et aliud qd̄ est lapis quidā nomine prassius q̄ est matrix et pallaciū smaragdi: q: in ipso iuenit̄. Est aūt viridis habens viriditatē spissam sicut prassium: et inuenit̄ aliqñ cū rubeis guttis: et aliqñ cum albis. Expertu₃ est q̄ pseruat reges a venenis. nā si lapis ille sit i mensa in qua venenū ponitur ad presentiā veneni nitorem statim emittit. et ipo ablato nitor reuenit. De hoc lapide dicitur in epistola Esculapij philosophi ad Octauianū qd̄ ipm timet venena et prelia. Unde et Alexāder macedo i prelijs sepe habebat. Cūq₃ de india reuerteretur se lauans in Eufrate deposito cingulo in quo lapis erat suspensus serpēs quida₃ illum morsu abscidit. vomuitq₃ illum in Eufratē. et de hoc Arꝫ. dicūt mentionē fecisse in libro de natura serpētū. Aliud est etiā qd̄ scriptum est in libro regum persaꝝ: q̄ si sculpire feceris in lapide ematicis virum genuflexum cinctū serpente cuius caput teneat dextera manus et caudā sinistra. posuerisq₃ lapidē hūc i aureo annulo: et sub lapide posueris radicē serpentarie tritam portaueris q₃ hunc annulū ab om̄i veneno preseruat. quod quidē ego qñq₃ preparari feci: et ad predictū usum seruari. Caueant etiā qui ne vasa quibus iporum vinū defert̄: vel tenet̄ stēt discooperta in cellarijs vini nec vinum discopertū quoniam naturaliter om̄e aīal venenosum lambit vinū et vasa vini. et qñq₃ i eis suffocata sunt inuēta. Caueāt etiā fercula et potus et con-

fectiones sapores habētia dulcissimos q: in istis cōsueuerūt celare venenū. Smaragdus etiā optima quā si bufo intuet' expertū est φ ipi⁹ oculi crepitāt ad pñtiam ipsius si teneat' i mēsa venena debilitat. si in ore teneatur venenū virtutem inficiēdi dimittit. et si detur trita ī potu post venenū peroptime a morte liberat. et sit eius q̄ntitas scrup.ij. quod ego q̄nq3 expertus sum. et Auēzoar hoc iuenit vt in libro trāslato pape Bo. scriptū est. Comedat etiam ante oēm cibum castaneas cum ficubus siccis: aut rutam cum auelanis: et nuces virides cum ruta aut siccas nuces cum ficubus siccis: aut calamētum recens vel siccum in fritellis: aut radicem diptami tritam: et cum vino potatam: precauet etiā ab omni veneno bibisse ieiunus ciatum vini puri optimi in quo tēpore musti in vna mensura duo serpētes vini fuerint suffocati. preseruat etiā φ est expertum vt omni mane accipiat. ʒ. ij. de tyriaca que dicitur de terra sigillata. fiat aūt sic. Recipe baccaꝝ lauri ʒ. iij. terre sigillate. ʒ. j. terātur ⁊ cū melle dispumato lib. j. ꝯficitur et reponat' in vase vitri ⁊ sumat' ex ea iuicem. ʒ. ij. Destructio vero assūpti veneni fit ita. Nam si scitū fuerit de specie veneni tūc destruat' per medicinam propiatam illi veneno que bezoar vocatur: ⁊ de hoc ego singulare faciam infra capitulum ad cognoscendum vnūquodq3 venenum per signa ꝓpria: et ibi docebo virtutes bezoarticas. Si vero ignoratū fuerit venenū aut medicus fuerit absens ⁊ dubitatū fuerit de veneno cuiuscunq3 fuerit speciei: tunc statim butirum et aqua calida simul dissoluta bibatur et cogatur euomere et post vomitū cum butyro iterum vomere cogat' cum aqua ⁊ melle. et mūdificato stomacho statim tyriaca magna exhibeatur cū decoctōe vini in quo bulite sint radices diptami et sit tyriaca. ʒ. ij. et vinum. ʒ. ij. et non comedat vsq3 ad septem horas et tunc nutriatur rebus ventosis cum ficubus et vuis passis et auelanis: et iure galline pinguissime vel agni annalis vel edi. φ si in testinis ardor vel dolor sentitur clistere iniijciatur factum cum aqua mellis dissoluta cum adipe anatis vel galline: et proiecto clisteri iterum dissericetur cū lacte ouino calido quo ꝓiecto cibetur iure supradicto. Si vero adhuc morsus vel dolor in stomacho vel in testinis remanserit: tūc modicum balsami dissoluti ī lacte trita vnū ciatū det' in potu. hec enim liberant venetatos si cito adhibeantur que dicta sunt. Si vero morsus aut gladi⁹ fuerit venenatus statim supra morsum aut supra vulnus gallina viua euiscerata supponat' et reiteret' viua aut ore alicuius sclaui vel serui sugat' loc⁹ et os serui abluat' sepe cū vino in quo diptam⁹ fuerit coctus. deinde tyriaca magna loco supponatur. et cum tyriaca fuerit exsiccata iterum alia

recens ponatur: donec locus non plus tyriacam desiccet. Si vero locus morsus siue vulnus venenatum fuerit siccus: tunc tyriaca non apponatur sed loco tyriace lactucella sup vulnere alligetur: et inouetur totiens quo ad locus fuerit humectatus et tunc sanitas erit introducta quantum est tyriaca exsiccat tantum: et lactucella humectat amplius. Intelligat vestre reuerentia sanctitatis quod septem sunt herbe quarum cuiuslibet natura vniuersalis cuius interem speciem cuiuslibet plante singulari et specifica virtute dotate non a complexione elementari quia calida vel quia frigida vel quia sicca vel quia humida: sed quia talis et a natura vel mediante stella sic dotata donauit virtutem liberandi a venenosis cibis et potibus et letali veneno ex vulnere siue morsu. Prima quarum est ipicon quod alio nomine herba dicitur perforata quam Achiles oraculo apollinis in exercitu troianorum dicitur inuenisse: vt ait Plinius. Secunda est vincetoxicum. Tertia enula. Quarta rafanus. Quinta diptamus. Sexta aristologia longa et rotunda. Septima lactucella quarum vnaquaque dicitur equipollere tyriace ita vt vulneribus venenosis. succus alicuius predictarum datus in potu vulnera veneno infecta purget et saluet: et per istum modum omnes antiqui talia curabant vulnera antequam tyriace haberent noticiam. Morsus vero ab animalibus venenosis curat quelibet predictarum tyriaca: et morso loco superposita. Venena vero bibita curat puluis factus ex qualibet predictarum et datus in potu cum vino vel aqua mellita. Dicit preterea Auicenna quod stercus galli bibitum cum aqua statim per vomitum omne venenum educit. Et lac asine comestum prohibet virtutem profundari veneni. ita quod in quo prandio vel cena asine lac fuerit bibitum vel comestum nullum preter napellum possit nocere venenum. Tyriaca autem omni veneno complexionali et specifoco et napello directo opponitur: et contrariatur secundum totam speciem id est secundum bonam permixtionem medicinarum que intrant confectionem artificiali tyriace a qua resultat quoddam diuinum et formale destructiuum omnis veneni vt infra in speciali dicetur. detur autem de ipsa.ʒ.ij.vel.iij. tribus diebus continuis: quia toxicum resoluit et sudorem prouocando liberat. Terra etiam sigillata aut in comestione aut post comestionem bibita vel comesta hanc habet proprietatem quod si venenum inueniat in stomacho ipsum per vomitum expellit. Si vero post eam venenum exhibeatur nunquam permittitur per corpus perambulare: ita vt denique cor defendat et eius humiditates custodiat. quare reges et principes de partibus orientalibus et meridionalibus: vbi scilicet exhibendi venena clandestino: vt omnes moriantur. hec pernicies et nefandissima peccatur accepit originem et inualuit quotidie vsque ad nunc semper in suis cenis et prandijs terram comedat sigillatam. et ideo sigillo regum talis terra sigillabatur. in terra sigillata e vo

cata. Nunc autem perijt fides sigillorū qm̄ tam in legalis ꝙ elegans ad nos sigillata portat̄. Et est sciēdū ꝙ Rasis et ipsa experientia hoc testat̄. Dicit̄ in libro diuisionū ꝙ ad venenū napelli parū tyriaca aut nihil ꝓdesse videtur. Quapropter aliud remediū prius est cōfugiēdū et nō tam pauco tēporis spacio in quo necesse est napelli virtutē ne ad cor transeat impedire cōtēpnere artē medicine in specie tyriace qd̄ est q: si nō citissime impediat̄ morit̄ hō in vna die vel in tribꝫ. sed de hoc infra dicet̄ vbi singulares medicinas ad singulare venenū inducā.

¶ De signis et curis cuiuslibet singularis veneni propinati et primo de argento viuo. Capitulum. vij.

Ille qui argētū viuū sumpserit dolorē patiet̄ intestinoꝝ ⁊ laterum aut grauedinē ⁊ ad vltimū perducit ad epylensiam vel ad apoplexiam: et tūc cadit et interficit qd̄ si fuerit extinctū vel sublimatū corrosionē facit intestinoꝝ: ⁊ morsurā ⁊ fit grauedo lingue ⁊ stomachi ⁊ apostemat̄ cor et morit̄. ⁊ ei⁹ cura est clistere cum adipe anatis vel butyro. ⁊ deinde reiteret̄ cum aqua mellis. ⁊ si fuerit creditū ꝙ fuerit extinctū vel sublimatū vomit⁹ ꝓuocet̄. et hoc statim anteꝙ ad intestina descēdat qm̄ tūc penit⁹ intestina excoriaret ⁊ sanguinē exire faceret: ⁊ tenasmon induceret. tūc em̄ cū clisteribus soluꝫ esset intēdere. ⁊ expedita argenti euacuatiōe erit intēdēdū ad accidētia derelicta q̄ tria esse ꝯsueuerūt. Vnū mala cōplexio humida ⁊ frigida i intestinis. Secundū est debilitas cordis ⁊ tremor. Tertiū vulnera in stomacho vel intestinis. Et primo opponemus nos cū rebꝫ confortatiuis stipticis calidis ⁊ desiccātibꝫ. dabimus ergo tūc mirrā ⁊ castoreum decoctā in vino ⁊ saluiā ⁊ rutā tritā ⁊ cū aqua in qua nuces cipressi sint bulite potui ꝓpinabim⁹. ⁊ ad secūdū opponem⁹ nos cū exhibitiōe diamargaricon et diamusci amari. Et tertio opponemus nos cum medicinis sigillantibus vulnera assumptis p clistere si fuerunt vulnera in intestinis. in potu si fuerit in stomacho et horum summa erit trifera minor aut vinū rubeū in quo mirabolani cocti fuerunt. et si vrina fuerit retenta ex potu argenti viui tunc ponemus eum in balneo aque calide. et postea supponemus vesice spongiam infusam in decoctione iuniperi et seminis apij pluribus vicibus et dabimus in potu vinum purum optimum in quo bulita fuerit radix ciperi ⁊ vngemus sumen et testiculos cum oleo rutatio et iunipero. et eius bezoar est costus ⁊c.

¶ De gipso. Capitulum. viij.

Ille cui datum fuerit in potu gipsum habebit difficultateꝫ anhelitus: et frigiditatē in stomacho. et stipticitatem ventris, et labia alba vt mortificata. et eius cura erit vt bibat

aquam calidam cum butyro et euomat. deinde bibat iterum aquam
calidam cum melle et euomat. et postea detur sibi in potu metridatū
dragmas duas: cum optimo vino ⁊ si stipticus remansit clisterizetur
cū adipe anatis ⁊ vngat᷑ vēter cū oleo de cherua. ⁊ eiꝰ bezoar ē stercus
muris tritū et bibitū et det᷑ ex eo cū vino. ʒ. i. ¶ De scoria eris. Cap. ix.

Ille cui datum fuerit in potu scoria eris multū assellabit aut
vomet et cum dolore et punctione in intestinis et stomacho
et eius cura erit balneum in quo bulita sint capita hircorū vel
limace ⁊ dare in potu succum mente: et vngere stomachum ⁊
vētrē cum oleo rosato calido. et eius bezoar est succus accori bibat vn
cias duas cum vino. ¶ De scoria ferri. Capitulum. x.

Ille cui datum fuerit scoria ferri: aut eius erugo exiccatur
cotidie: et venter adheret renibus et marasmum patitur.
et eius cura est humectare totum corpus cum balneis ī qui
bus testudines sint bulite. et clisterizetur venter cum decoctione pe-
dum edorum: aut cum aqua maluauisci: et comedere butyrū recens ⁊
iura pīguia ⁊ eiꝰ bezoar est lapis magnetis tritꝰ ⁊ datus in pillulis cū
tantūdem de suco mercurialis et blitis in modum pillulaꝝ et sit do-
sis magnetis in vice. ʒ. vnam. ¶ De lapide magnetis. Cap. xi.

Ille cui datus fuerit lapis magnetis non consolatus effici-
tur lunaticus et melancolicus aut heroicus. ⁊ eius cura est
vt detur in potu limatura auri ⁊ fragmēta smaragdi simu
lata: scȝ cum vino: et clisterizetur cum lacte ouino et oleo de amigda
lis dulcibus. et est bezoar eius smaragdus trita ⁊ data in potu tribus
vicibȝ in nouē diebȝ. ¶ De lapide lazuli. Capitulum. xii.

Ille cui datꝰ fuerit ī potu lapis lazuli non lotꝰ patiet᷑ subuersionē sto
machi ⁊ tristiciā ⁊ solicitudinē ⁊ eiꝰ cura est bibere lac recēs mulctū asi
ne omi mane vsqȝ ad dies. vii. ⁊ comedere auiculas assatas ī speto. et
eiꝰ bezoar est carabe tritū scrup. ii. ⁊ datum in potu cum vino.

¶ De arsenico sublimato. Capitulum. xiii.

Ille cui datū fuerit arsenicū sublimatū patiet᷑ excoriationē
intestinoꝝ: ⁊ stomachi ⁊ arsurā ⁊ dolores mordicatiuos ⁊ si
tim ⁊ linguā hēbit exiccatā ⁊ expuere nō poterit: ⁊ demū sin
copim patiet᷑. ⁊ eiꝰ cura ē vt bibat butyrū cū aqua calida ī qua seia ra-
pe sint cocta ⁊ euomat ⁊ clisterizet᷑: ⁊ deinde cū oleo de amigdalis dul
cibȝ omi die bis ⁊ cibet᷑ iure galline pinguissime. ⁊ eiꝰ bezoar ē cristal
lus trita subtiliter ⁊ data ī potu. ʒ. i. cū oleo de amigdalis dulcibȝ: ⁊ si
non fuerit sublimatū erūt accidētia remissiora ⁊ cura eadē.

¶ De litargirio. Capitulum. xiiii.

Ille cui litargirum datū fuerit in potu nō poterit degere et per vomitū emittet: et ꝙ insueuerat per secessum. ⁊ eius cura est cura colice per clistere iniectū factū ex aqua mellis et adipe galline vel anatis et dare in potu oleum amigdulaꝝ dulciū et comedere ficus siccas ante cibum et vngere stomachū cū succo apij: ⁊ ventrē cū butyro. et eius bezoar est semen cherue tritum et datum in potu. ʒ. ij.

¶ De cerusa. Capitulum. xv.

Ille cui datum fuerit cerusa in potu patiet᷑ vomitū albū: vt cerusa ⁊ dētes nigros et dolorē vētris grauatiuū. et egeret sanguinē et habebit tenasmonē. et eius cura erit vomitus prouocatus cum aqua in qua semina rape et atriplicis sint bulita. et deinde clisterisare ventrē et cum brodio caulium coctoꝝ et oleo sine sale et dare in potu metridatum aut tyriacam cū optimo vino. ⁊ eius bezoar est potus vini albissimi puri prope inebriationem.

¶ De calcucechemenon id est viride eris. Capitulum. xvj.

Ille cui calcucechumenon. i. viride eris datū fuerit in potu oblationē ⁊ suffocationē pulmōis ⁊ anhelit⁹ habebit ⁊ quasi nō poterit respirare. ⁊ patietur solutionē ꝯtinuitatis in interiorib3 ⁊ vulnera ⁊ vlcera in intestinis ⁊ pūctiones corrosiuas. et ei⁹ cura erit statim cū vomitu ꝓcurato cū butyro ⁊ aqua calida ⁊ sepe reiterato. et deinde inijcere clistere factu3 cum lacte asinino ⁊ oleo de amigdalis dulcibus. ⁊ deinde dare in potu de terra sigillata. ʒ. j. cum vino albo. et deinde si nō cōfert fiat balneū in tina vbi sit oleū oliuarū in tanta q̄titate ꝙ attingat ad stomachū. et ei⁹ bezoar est corallus rebeus tritus et dat⁹ in potu cū vino. ʒ. ij.

¶ De plūbo vsto. Ca. xvij.

Ille cui datū fuerit plūbū vstum nō potest loqui et moritur suffocatus. et vox ei⁹ nō audit᷑ nisi sicut plūbū et ei⁹ labia et lingua plūbina sunt sunt. ⁊ ei⁹ cura est dare in potu tyriacā magnā. ʒ. ij. omī die vsq3 ad quinq3 dies cū aqua mellis ⁊ induere pelles vulpinas vel ouinas nouas: et intrare ventrē melle vel asine calide ⁊ reiterare introitū sepe. et ei⁹ bezoar sunt grana citroꝝ mundata et data in potu cum vino decocto dulci. ʒ. ij.

¶ De azuro aut minio aut zenabario. Caplm. xviij.

Ille cui datū fuerit azurū patiet᷑ vomitū ⁊ vētris stipticitate et in vomitu discernet᷑ ꝑ calorē vnūquodq3 ipoꝝ et cura oīm p̄dictoꝝ ē eadē. det᷑ ergo i potu butyrū cū aqua calida ī qua semina rape sint bulita. et euomat post vomitū spontaneū. deinde clisterilet᷑ cū aqua mellis ⁊ oleo. ⁊ ei⁹ bezoar est spodiu3 qd fit de ebore cōbusto datū in potu cum vino. ʒ. ij.

¶ De realgare. Caplm. xix.

Ille cui datū fuerit realgar in potu patiet̄ sitim et estuatio-nē ⁊ exsiccationē ⁊ cōsumptionē hūiditatis ita ꝙ nisi ei suc curraṫ aut morieṫ aut paraliticus ⁊ cōtractus remanebit. Ego vidi et curaui iuuenē cui datū fuit cū epate porci assato realgar tritū ⁊ euasit mortē ab eo. ⁊ remāsit circa oēs iūcturas quasi imobilis ex nimia siccitate. et ei⁹ cura est vomitus cū butyro: et aqua calida se pe iteratus et clisteria cum lacte asinino iterata et dare in mane in potu omi die vnci. v. de lacte asinino ⁊ cibare eū biconibꝫ pinguibꝫ et vngere totū corpus ex oleo de amigdalis dulcib⁹ ⁊ sedare sitim ipius cū iuleb. et eius bezoar est oleum de nucellis pini datū in potu statim vel in prima die. vnc. iiij.

¶ De cicuta. Caplm. xx.

Ille cui datus fuerit in potu sucus cicute stuporē ⁊ sensuꝫ per det ⁊ ex eo Socrates ab atheniēsibus fuit interēptus. ⁊ eius cura est in potu sumere tyriacā. ʒ. ij. distēperatā cū decoctiōe diptami, et ei⁹ bezoar est gētiana trita et data in potu. ʒ. ij. cū vino.

¶ De suco titimallorum. Caplm. xxi.

Ille cui datus fuerit sucus titimaloꝝ patieṫ fluxū vētris: et vomitū et accidētia colerice passionis. et eius cura erit ty-riaca magna cū vino in quo diptamus fuerit bulitus. et ei⁹ bezoar est muia trita ⁊ potata cū vino.

¶ De suco cucumeris asinini. Cap. xxij.

Ille cui datus fuerit in potu sucus cucumeris asinini patieṫ excoria tionē in gutture ⁊ solutionē vētris ⁊ dolorē intestinoꝝ ⁊ eius cura est tyriaca magna cū decoctōe bacchaꝝ lauri ⁊ melle. dragme due ⁊ eius bezoar est sucus mente vncia vna.

¶ De suco vsnee. Caplm. xxiij.

Ille cui sucus vsnee datus fuerit patieṫ decursum hūidita-tū supfluaꝝ ad os ⁊ guttur: ita vt strāgulari videaṫ ꝑpter qđ hec verba strāgulator ad hip. i. lupi vocaṫ. strāgulat eni lupos ipam comedentes. et ei⁹ cura est sumere in potu de terra sigilla ta statim. ʒ. ij. cum aqua calida et euomere. deinde post illud accipere de tyriaca. ʒ. ij. cum vino decoctionis gentiane. et eius besoar est ari-stologia longa.

¶ De radice bothormarien. Caplm. xxiiij.

Ille cui sucus aut radix bothormarien datus fuerit in potu patietur strāgulationē ⁊ quasi suffocationē ꝑpter qđ vocaṫ panis porcoꝝ ⁊ ei⁹ cura est becche lauri trite dragme due dare in potu. Et eius besoar est piper albū tritū dragme due.

¶ De suco coriandri. Caplm. xxv.

Ille cui sucus coriandri datus fuerit patieṫ quasi destructionē intelle ctus ac sicut ebrius videatur et tandem moritur stupide. et eius cura est tyriaca magna. ʒ. ij. cum optimo vino. et eius bezoar est herba que dicitur vincetoxicum data in potu. ʒ. ij.

¶ De suco mandragore. Capitulum .xxvj.

Ille cui sucus mandragore aut poma eius aut radix eius data fuerit in potu ruborem in facie et in oculis et stuporem ī mente et mentis alienationem et amentiam et somnum pfundum patietur et eius cura erit sumere in potu statim tyriacam magnam distemperatam cum optimo vino et tardare comestionem per diem vnam et bibere optimū vinū purum et odorare acetum forte. et eius bezoar est radix raphani comesta omi die vsqz ad tres dies cum pane et sale.

¶ De suco papaueris nigri. Caplm.xxvij.

Ille cui datus fuerit sucus papaueris nigri patietur stuporē mentis et dormitationem et hebeciam sicut illi qui oleum comedunt: et eorū cura est bibere tyriacam magnam et dyacostoreum aut oppopirā aut confectionem de anacardis dragmas duas cum vino. et eius bezoar est alleum crudum.

¶ De opio. Caplm.xxviij.

Ille cui datum fuerit opium in potu si cogatur vomere apparebit odor opij in vomitu. Et erit hebes et piger ₇ dormitans absqz sensu et non intelligens neqz sentiens et si non succurratur ei morietur. et eius cura est potare altissimū vinū ₇ fricare extrema cum nitro et sapone et puocare sternutationem cum pipere intromisso in nares. et eius bezoar est castoreum tritū ₇ datū in potu cum vino dragme due.

¶ De suco scamonee. Caplm.xxix.

Ille cui sucus scamonee datus fuerit in potu patietur cordis defectū et sincopim et sitim et estuationem et dissenteriam et febrem. ₇ eius cura est potare aquā ordei sepe et ingredi balneum aque tepide deinde post illud bibere sirupum rosatum et buglosatum tota die ₇ puocare somnum et odorare nenufar. et rosas et mirtum et cibari cū cibo facto cum sumach vel berberis et emplastrare ventrem ₇ stomachū cum pulpis citoniorum. et eius besoar est herba que vocatur ribes et eius sucus.

¶ De apio risus. Caplm.xxx.

Ille cui datum fuerit in potu apiū risus facit hominē extra mentem et continue ridet ppter hoc vocatur apium risus. et eius cura est prouocare somnuz cum potu boni vini inebriantis. ₇ eius besoar est sucus mellisse cum aceto datus in potu.

¶ De suco cherue. Capitulum.xxxj.

Ille cui sucus cherue datus fuerit in potu patietur vomitum continuum et dolorem ventris. et eius cura erit tyriaca magna data in potu dragme due cum vino optimo calido. et ei⁹ bezoar est ypericon.

¶ De suco napelli. Capitulum.xxxij.

Ille cui sucus napelli siue eius substātia datus fuerit in spacio vni⁹

diei aut triū morit̃. ⁊ patit̃ ante hoc sincopim ⁊ defectum cordis: et de nigrationem ⁊ defuscationem paulatine oīm membrorū.et deinde tumet totum corpus et oculi eius foras pminent.et linguam in ore continere non potest. Succurratur ergo instanti dādo terrā sigillatam distēperatam cū butyro et aquā et euomat et statim exhibeat̃ smaragdus optima trita.ʒ.ij.cū vino ⁊ sup corponat̃ sericū tinctū in grana infusum in suco buglosse et aqua rosata ⁊ reiteretur et deinde serui sugant cum ore extremitates corporis: sed ipsi morient̃ nisi acceperint de smaragdo.et eius besoar est mus qui nascitur in radice napelli. exsiccat̃ ⁊ dat̃ ex eo in potu.ʒ.ij. ¶ De suco oleandri. Caplm̄.xxxij.

Ille cui sucus oleandri ⁊ eius cornua vel eius cortex data fuerit in potu patiet̃ sincopim et tribulationem cordis ⁊ anxietatem.et eius cura est sumere dyacostoreum datum in potu ʒ.ij. et eius bezoar est granum iuniperi tritum in q̄titate dragmarū duarum cum vino. ¶ De suco mesereon. Capitulum.xxxiij.

Ille cui sucus mesereon datus fuerit in potu patietur fluxū ventris ⁊ sitim et anxietatem ⁊ excoriationem intestinorū.et de eius cura erit sirupus rosatus cū aqua ordei et odorare fruct⁹ frigidos ⁊ odoriferos et ei⁹ bezoar est origanū assatū ⁊ bibitū. ¶ De suco ellebori. Cap.xxxv.

Ille cui sucus ellebori datus fuerit aut radix eius patiet̃ strāgulationem gutturis et prefationem et fortassis suffocat̃ subito.et ideo vocat̃ strāgulator carnis.⁊ eius cura est sumere in potu statim aquā mellis et q̄scere in loco separato. ⁊ deinde detur bezoar ei⁹ qđ est flos nenufaris sicc⁹ ⁊ trit⁹.ʒ.ij. ¶ De alfesira.xxxvj.

Ille cui alfesira data fuerit patietur excoriationē vētris et vomitū. eius cura erit dare in potu aquam mellis.deinde tribuere citoniū assatū.et ei⁹ bezoar est anagalus. ¶ De suco brionie. Caplm̄.xxxvij.

Ille cui sucus brionie datus fuerit patiet̃ scotomiam et stoliditatē.et angustiam spūs.⁊ eius cura erit tyriaca.ʒ.ij. cū vino decoctionis enule et ei⁹ bezoar est piper. ¶ De cornibꝫ spice. Caplm̄.xxxviij.

Ille cui cornua spice data fuerint patietur tortionem ventris ⁊ nauseam.et eius cura est tyriaca dragme due cum decoctione vini in quo diptamus sit bulitus. ¶ De cornuis oleandri. Caplm̄.xxxviij.

Ille cui data fuerint cornua oleādri aut q̄ comederit assaturam in veru exciso ex oleandro aut qui dormierit sub vmbra oleandri. aut qui bibit aquam fluīs sub cuius ripibꝫ crescit oleander cui⁹ copia est ī insula sardinee ⁊ ego exptus sum illđ et vidi patietur estuationē et amentiā et rugitum ventris.et si balneum fuerit calefactum ex oleandro balneatus sincopim patiet̃ in balneo.⁊ ei⁹

cura et bezoar dicta sunt supra in capitulo de suco oleandri.

¶ De cornibus bedeguar. Capitulum.xl.

Ille cui in potu data fuerint cornua bedeguar patietur difficultatē transglutiendi: et eius cura est lambere oleum de amigdalis dulcibꝫ et ipsius bezoar sunt mora celsi.

¶ De anacardis. Capl'm.xlj.

Ille qui assumpserit anacardos patietur incensionē i guttu re vehementē: ꝛ qn̄qꝫ inflabit' et acutē faciet egritudinē et mentis alienationē. et eius cura est cū rebꝫ vnctuosis sicut oleo amigdalino sissamino ꝛ butyro et lacte et iuribꝫ gallinarū ꝛ si dolorē habebit in intestinis tūc cōueniēs est balneū ꝛ si inducunt febrem acutā tunc est cōueniēs vti attenuāte dieta et frigida et humida. Et si fuerit mētis alienatio ꝓuocet' somn⁹ cū semine lactuce et papauere albo. ꝛ eius bezoar sunt grana pini torre facta et comesta:

¶ De nucibus et auelanis. Capl'm.xlij.

Ille qui comederit nuces aut auelanas rancidas patiet' acci dentia mala: scilicet nauseam et deiectionē appetitus et vo mitū et debilitatē virtutū aīalium. et eius cura erit rob ci-thoniorū et rob pomorū. Et si acciderit ei eructatio habens odorē lini putrefacti tunc posset mori. et eius cura erit diacuminū vel dyapepe rion: et detur ei in potu vinū purum ꝛ vomentetur stomachus cū oleo nardino.

¶ De malo castoreo. Capitulum.xliij.

Ille cui in potu datū fuerit malū castoreum patiet' clamorē et rixam et dolorē. et linguā habebit foris ꝓminentē ꝛ febrē. Et eius cura erit vomitus cum butyro et aqua mellis donec vomitus minime habeat odorem castorei. deinde detur in potu rob mororū aut limonū. ꝛ eius be zoar sunt semīa coriādri assata ꝛ trita. ʒ. ij.

¶ De malis fūgis. c. xliiij.

Ille qui comederit malos fungos ꝛ precipue q̄ nati fuerint super ferro aut sup anabulla vel malo terre vel in locis ter-marū ꝓuocabit' ꝛ dolorē patiet' in pectine. ꝛ ꝓhibebit' ei vri na et dolores habebit in vētre. et si odorauerit malū fungū et tubera mala patietur epilentiā et fortassis moriet'. et ante illud erit ei ꝓpi-nandū vinum optimū in quo piper nigrum sit bulitum. et deinde cli-sterisare ipm cū aqua mellis et sale ꝛ fomentare femur cum oleo nar dino. et eius bezoar qn̄ decoquūtur fungi aut comeduntur sunt pira incisa in frusta et simul decocta. ꝛ bezoar post comestionē ipsorum est alleum crudum.

¶ De nuce vomica. Capitulum.xlv.

Ille qui nucē vomicā biberit vel comederit habebit vomitū pessimū ꝛ dissolutionē v̄tutī. ꝛ ei⁹ cura est rob citoniorū ꝛ mirti: et pot⁹ alti vini et eius bezoar est cortex citri.

¶ De coloquintida. Capl'm.xlvj.

Ille qui coloquintidam solitarie natam in arbore sua comederit venenum letale sumpsit. et nisi succurratur ei subito morietur in tertio die. et eius cura est bezoar simul et semel et smaragdus optima trita data in potu. ʒ.ij. ❡ De fico pharaonis. c. xlvij.

Ille qui comederit ficus pharaonis statim patietur febrem et fractionem totius corporis et videbitur ei quod sit ydropicus. et hoc ego vidi in sardinia in iudicatu galurie vbi istarum ficuum est abundantia. quod qui vnam comedebat patiebatur vnam febrim et qui duas et qui tres patiebatur trinam febrim. et vt plurimum iste febres erant tertiane. et cura eius est aqua ordei parata aut serum caprinum. Et eius bezoar sunt grana siue semina cucumeris mundata et trita et data in potu. ʒ.ij.

❡ De semine iusquiami. Capitulum. xlviij.

Ille cui in potu data fuerint semina iusquiami patietur ebrietatem et mentis alienationem et stuporem et imobilitatem omnium membrorum. et eius cura est piper longum tritum et datum in potu. dragme. ij. et eius bezoar sunt grana fisticorum comesta vel bibita.

❡ De granis cocognidij. Capitulum. xlix.

Ille cui in potu data fuerint grana cocognidij patietur vomitum et fluxum ventris et tribulationem in stomacho. et eius cura est tyriaca magna ʒ.ij. cum vino. et eius bezoar amigdale amare.

❡ De baccha lauris rancidis. Capitulum. l.

Ille qui comederit baccha lauras rancidas patietur accidentia que patitur qui comederit nuces rancidas. et cura eius et bezoar erunt similia.

❡ De catapucia. Capitulum. lj.

Ille qui comederit cataputias patietur accidentia que patitur qui biberit gira solem que superius dicta est chela. et cura eius et bezoar sunt eadem. ❡ De semine vrtice. Capitulum. lij.

Ille qui comederit semen vrtice patietur gutturis et oris et lingue excoriationem et arsuram et ardorem in mictu. et eius cura est oleum amigdalinum dulce potare. et eius bezoar sunt grana citoniorum trita et potata cum aqua calida. ❡ De semine papaueris nigri. Capitulum. liij.

Ille qui biberit vel comederit semina papaueris nigri patietur accidentia que patitur qui opium sumpserit licet remissiora et cura et bezoar idem sunt. ❡ De semine ellebori. Capitulum. liiij.

Ille qui biberit vel comederit semen ellebori patietur accidentia que patietur qui sucum aut radicem ellebori biberit et cura et bezoar est vna. ❡ De cicute. c. lv.

Ille qui biberit semen cicute patietur accidentia illa que passus fuit qui sucum eius biberit et licet magis remissa. et cura et bezoar sunt eadem. ❡ De semine humidi coriandri. Capitulum. lvj.

Ille q̃ biberit vel comederit semina hũidi coriãdri patiet̃ accidẽtia similia q̃ patit̃ q̃ sucũ eiꝰ biberit. ⁊ eiꝰ cura ⁊ bezoar sunt eadẽ. ¶ De semine serpentarie Capl'm. lviij.

Ille q̃ comederit semẽ serpẽtarie stridorẽ ⁊ pũctionẽ gutturis ⁊ dẽtiũ et supstitionẽ et feruorẽ. et eius cura est butyrũ recens bibitũ. et eius bezoar est sucus farine ordei decocte in aqua.

¶ De morsibꝫ aut pũcturis ab aliq̃bꝫ aĩalibꝫ venenosis.

Si vero aliq̃s morsus fuerit aut pũctus ab aliquo aĩali venenoso ⁊ ignoret cuius sit pũctura tũc stringat̃ locꝰ pũcture et ponant̃ sup ipm vẽtose cũ sarcificatiõe ⁊ sugat̃ locꝰ cũ ore seruoꝝ. et deinde sup locũ ponant̃ cãcri triti. ꝙ si locꝰ vẽire ceperit ad corruptionẽ abscidat̃ mẽbrũ si fuerit locus aptꝰ aut mẽbrũ aptũ abscisiõi ꝙ si nõ cautelire t̃. nã qñ inceperit locꝰ denigrari aut putrefieri erit signũ ꝙ pũctura fuerit aĩalis pnicioſi. dũ aũt nõ incepit tẽdere ad putrefactionẽ ⁊ corruptionẽ q̃uis sit vehemẽtis doloris cũ nõdũ sit ei velox pambulatio in corpore non est maluꝫ nisi pũctura fuerit iuxta cor aut artariã magnã. ¶ De morsu vipere. Capl'm. lix.

Ille vero quẽ momordit vipera sũma mediciaꝝ ⁊ bezoar est ei tyriaca magna et fortassis ꝯfert metridatũ et medicamẽ de asafetida et butyrũ vetus ⁊ medicamen de herba ⁊ comestio allioꝝ et potus vini puri. ¶ De morsu scorpionis. Capl'm. lx.

Mordicationi aũt scorpionũ confert vaporatio olei ⁊ alleoꝝ et tyriaca dyaselleron et oleũ antiquũ linitũ. Et eiꝰ bezoar ẽ corpus scorpiõis tritũ ⁊ suppositũ loco. De morsu araneaꝝ. c. lxj.

Mordicatõi araneaꝝ ꝯfert sucus pomoꝝ aut piroꝝ aut oppositio ferri frigidi iterati. Et eiꝰ besoar ẽ endiuia. ¶ De morsu rutele. c. lxij.

Mordicationi autem rutele confert balneum calidum valde. et sepeliri in arena aut cineri calido et bibere puluerem de nigella. ¶ De morsu apum. Capitulum. lxiij.

Mordicatiõi aũt apum ⁊ pũcture cõfert epithima cũ bolo armeno et aceto et cãfora et q̃ manus suas et faciem suco malue abluerit nõ pũget̃ ab apibꝫ. De mordicatõe aĩaliũ. c. lxiiij

Si aũt mordẽtia aĩalia aculeos aut dẽtes i locis morsis dimiserint tũc oportet vt locus fricet̃ cum oleo et cinere suauiter ⁊ deinde fiat emplastrũ sup locum ex fermento cum oleo. et sic aculei vel dentes venenose educẽtur. ¶ De morsu canis cap. lxv.

Si aũt aliq̃s morsus fuerit a cane ⁊ dubitetur vtrum fuerit rabiosus vel nõ fricet̃ bucella panis sub loco morsure. ⁊ deinde illũ exhibeat alijs canibꝫ quẽ si renuerint rabiosus erit. si vo

comederit minime. Signa aũt ꝙ sit rabiosus ꝑter hoc sũt ꝙ canis lin guã suã ꝓijciat extra. et intromittat caudã suã inter coxas suas ⁊ raucã hꝫ vocẽ et ꝙ abhorreat sanos: ⁊ viros et ꝙ mordet dños domꝰ sue et oẽs q̃ ei obuiãt ⁊ fugiãt ab ipo canes et q̃ morsus ẽ nisi ꝓcaueat. et curet̃ infra. xl. caniculares dies efficiet̃ ydrofiorbicus. id est timẽs aquã. ꝙ est q: ꝓpter rabiẽ efficit̃ siticulosus ⁊ appetit ad aquã et cũ viderit eã imaginabit̃ canes esse in aqua et moriẽs siti p̄re timore i̅maniũ canũ fuget aquã et tũc nõ est spes salutis. Et cũ ꝓderit in egritudine efficit̃ et ipe rabidus et emittit sperma in pollutõe sua et i modũ catuloꝝ et qñqꝫ egerit flegma in modum catuloꝝ ꝙ est q: imaginatio ꝯtinua quã hẽt de cane sigillat in hũiditatibꝫ suis figurã canũ. Et scias ꝙ si equus et mulus et asini et simia et hõ patiũt̃ rabiẽ circa maximũ frigus aut circa maximũ calorẽ et eiꝰ cura est vt sup locũ morsus ponãt̃ vẽtose cũ sarcificatõe et ponãtur desup alleũ siue cepe tritũ et cõfectũ cũ butyro vaccino ⁊ sumat in potu electuariũ cãcroꝝ fluuialiũ et itret balneũ oĩ die et laboret cura ethicoꝝ et melãcolicoꝝ et balneet̃ añ. xl. dies in aqua maris. et eiꝰ bezoar sunt cãcri fluuiales adusti ⁊ puluerisati et dati ex eis. ʒ. iij. i potu oĩbꝫ tribꝫ diebꝫ. ¶ De cãtaridibꝫ. c. lxvj.

SI aũt cãtarides q̃s biberit patiet̃ mictũ sanguinis et estuationẽ ⁊ accidẽtia ꝑniciosa. ⁊ eiꝰ cura est vt sumat in potu lac ouiũ cũ oleo amigdalino. deinde curent̃ vlcera vesice. et eiꝰ bezoar erũt grana alchechẽgi numero. x. ¶ De lacte. Caplm. lxvij.

SI aũt lac biberit fueritqꝫ coagulatũ i stomacho patiet̃ stomachi mollificationẽ et nauseam ⁊ sudabit sudore frigido ⁊ eiꝰ cura erit bibẽ acetũ fortissimũ postea sumat de asafetida. ʒ. j. ãt sirupo acetoso. ʒ. j. vice vna post vicẽ. De assatura suffocata. c. lxviij

SI aũt q̃s comederit assaturã suffocatã q̃ inuoluit̃ in pãnis cũ extrahit̃ ex furno patiet̃ vertiginẽ similẽ epilẽsie. et eiꝰ cura est vt euomat ⁊ postea sumat in potu rob fructũ stipticorum et zucharũ rosatum cum. xj. o aloes et mastice q̃rat somnum ⁊ ingrediatur balneum. ¶ De piscibus frigidis. Capitulum. lxix.

SI aũt q̃s comederit pisces frigidos q̃bꝫ post eiꝰ captiõeꝫ aduenerit vna dies aut duo aut si q̃s carnes pridie vel añ tertiam vel quartã diẽ occisas aut morticinas aut ꝑcussas a fulgure et tẽpestate mortuas aut morbo pestilẽtiali ꝑẽptas accidit ꝙ supuẽit ex comestiõe maloꝝ fungoꝝ. ⁊ cura eoꝝ est vt euomat ⁊ sumat in potu vinũ purum cum pipere. et curet̃ cura fungorũ preter quod comedat pira. ¶ De cerebro gatte. id est cati. Caplm. lxx.

Ille cui i potu datũ fuerit cerebrũ gatte patiet̃ stoliditatẽ ⁊ i̅nstrigio-

sus videbit̃.et eiꝰ cura est terra sigillata et vomitꝰ cū ipa oī mēse bis et accipere de confectione dyamusci omni die summo mane.et eiꝰ bezoar est muscus tritus scrupulum semis. et datur in potu cum vino albo.

❡De extremitate caude cerui. Capitulum.lxxj.

Ille cui extremitas caude cerui data fuerit patiet̃ accidētia napelli.⁊ eiꝰ cura ē potio smaragdi scrupulū semis triti dati i potu cū vino.⁊ deinde fricatio totiꝰ corpis cū oleo fctō de seīe citri.⁊ eiꝰ bezoar ē tyriaca magna.ʒ.ij.

De sāguie bouino.c.lxxij.

Ille cui in potu datꝰ fuerit sanguis bouinus vetus patietur mortificationem et euomet vomitum coagulatum.Et eius cura est acetum accerrimū calidum. deinde vomitꝰ.deinde tyriaca. deinde balneum aque calide.

❡De sanguine buffonis. Capitulum.lxxiij.

Ille cui ī potu datus fuerit sanguis buffonis patiet̃ difficultatē anhelitus ⁊ cordiaca accidētia.et si q̄s sputū ipius sumpserit erit ꝓpe mortē sicut qui napellū biberit. et eius cura est potio smaragdi scrup.i.deinde intrare corpus aīalis quadrupedis magni vt est bos asinus vel mulus vel equus.et reiterare illō.deinde tyriace.ʒ.ij.bibere.et eius bezoar est lapis inuētꝰ in capite buffonis q̄ apud lapidarios vocat̃ borras vulgariter trepanide.

❡De sanguine hominis colerici ruffi. Caplm.lxxiiij.

Ille cui in potu datꝰ fuerit sanguis hoīs colerici ruffi extractus in tpe rixe sue aut furoris patiet̃ furores mētis et ꝑmixtionē intellectus ⁊ inverecūdiā deinde paulatim exsiccabit̃.et eius cura est bibere aquā cucumeris palestini et masticare grana ipius ⁊ deglutire sucū et potare sirupum nenufarum.et eiꝰ bezoar est trociscus vnus de tyro.

❡De sanguine menstruoso aut leprosi. Capitulum.lxxv.

Ille q̄ sanguinē mēstruosū aut leprosi biberit videbit̃ esse pistrigiatꝰ.et lunaticꝰ maleficiatꝰ ⁊ obliuiosus.et eiꝰ cura est potare margaritas tritas.ʒ.j. cū aqua mellisse et balneari ī aqua tepida.⁊ coire cū puella s̄m legē ⁊ ꝯuersari et āplexari cū puellis et iuuēculis. ⁊ eius bezoar ē comedere serpētes a q̄bꝫ caude ⁊ capita ꝑ palmū sunt abscisa.

❡De morsu hoīs ieiuni. Caplm.lxxvj.

Ille qui morsus fuerit ab homine ieiuno ponat super morsuram stercus galline alioquin patietur vlcus venenosum.et difficilis sanationis.

❡De morsu serpentis vllo. Capitulum.lxxvj.

Ille qui fuerit morsus a serpente vllo statim liget locū cū coreo cerui. et deinde superponat tyriacam ⁊ de ipsa bibat.et circa cor apponatur smaragdus et corallum vt magaritas et locum morsure faciat sugere a seruo.

❡De felle leopardi. Capitulum.lxxviij.

Ille cui in potu datū fuerit fel leopardi patieť accidētia napelli ⁊ vipere. ⁊ eius cura et bezoar sunt vna.

¶ De salamādra. Ca. lxxix.

Ille q̄ biberit salamādrā patieť accidētia cātaridaꝝ et cura eius et bezoar est vna.

¶ De lepore marino aut rana marina. Caplm. lxxx.

Ille cui lepus marinus aut rana marina data fuerit i potu hēbit vomitū vnctuosum ⁊ totū ei⁹ corp⁹ efficiť turgidū et inflatū sicut yposarca ⁊ fetebit ei⁹ āhelit⁹ ⁊ ei⁹ cura ē festin⁹ vomit⁹ cū butyro ⁊ aqua mellis et deinde sumere post illō tyriacā dyatesseron p tres dies et cibari carnibus passerū ⁊ potare bonū vinū. Et eius besoar est caro vulpis assata et comesta.

¶ De morsu muris simie et gatte. Caplm. lxxxi.

Qui vo a mure ⁊ simea ⁊ gatta morsus fuerit: sup morsurā ponať stercus galline ⁊ curet illō vt i morsu hoīs ieiuni dictū ē.

¶ De descriptōe bezoartice virtutis ad vnūquodq3 venenū ⁊ de duabus difficilioribus questionibus.

Bezoar anthonomasice dicitur de quodā lapide q̄ sic vocatur cuius ppria ⁊ specifica virtus ad letale venenū est liberās a morte subito absq3 vllo medici ingenio. et ideo de omi medicina q̄ libarare pōt a morte hoiem ab aliqua egritudine vel veneno dici pōt ꝙ sit bezoar illius morbi siue sit illa medicina lapis vel granū vel sucus vel aliqua cōposita medicina. Et qui illū lapidē habet tut⁹ est ab omi mortali veneno. Teriť etiā et dať in potu de ipo. ʒ. j. et per ipm diciť fuisse leberatū regē anglie dn̄m Adoardū in ciuitate Acon qn̄ vulneratus fuit per passia sinum soldani gladio toxicato. Huc aūt lapidē ei tribuit generalis p̄ceptor tēpli ⁊ ego consimilē vidi. Est aūt rebeus purulentus leuis vt spōgia ⁊ frāgibilis vt gipsum. Habet aūt quodlibet venenū tā minerale q̄ꝫ vegetabile et animale ppriam medicinā oppositā ei a qua oppositione virtute specifica fit liberatio mortis ab illo veneno. et ideo bezoar est vnicuiq3 veneno illa medicina q̄ absq3 v̓tute elemētari curat tale venenū. Et de quolibet bezoar iam sugra expediui tractū in cura cuiuslibet veneni in fine descriptōis nec sit āpli⁹ necesse recapitulare tractatū. De q̄stiōe vtrū tyria. ⁊c. c. lxxxii.

Est aūt q̄stio vtrū tyriaca magna sit bezoar. i. a forma specifica liberās a veneno a materie elemētaris liberās a ꝯplexiōe nō a forā. Et volueřt q̄dā dicē ꝙ oio erat bezoar fūdās se sup rōe Ga. q̄ cū ādromacū ph̄m respexisset q̄ p̄rio tyriacā iuenit ⁊ eā pbauit uūq̄ꝫ pdesse nisi i morb̓ frigidis ppter oppōnē mltaꝝ reꝝ calidaꝝ ⁊ i morb̓ calidis pp̄t oppōe3 mltaꝝ mediciaꝝ frigidaꝝ q̄ i ipa itrāt. ⁊ hoc dixit Ga. illā tyriacā ādrōaci eē mediā ꝯplexiōe: s3 ipe adiūgēs carnes

tyroꝝ ⁊ terrã sigillatã fecit eã valere formaliter ad om̃e venenũ: licet ad quedã plus et ad quedã minus et ad quedã singulariter data ⁊ ad quedã cum additione. Alij vero dixerũt ꝙ a cõplexione elementali agebat quecũqꝫ in corpore humano operatꝰ: fundantes super debilitatem operationis sue aut penitus vanitate qñ ipa datꝰ ꝯtra napellum vel cõtra viperã vel cõtra fel leopardi ⁊ breuiter cõtra quodlibet venenũ letale scd̃m specificã formã in quibꝫ parũ aut nihil videtꝰ conferre vt dixit Rasis. Solutio aũt huiꝰ dubitatõis est ꝙ curatio cuiuslibet veneni quattuor modis contingit: scꝫ qꝛ aut frãgitꝰ acumen veneni aut substãtia eius resoluitꝰ. aut ipm̃ expellitꝰ aut ipm̃ ꝑ oppositionẽ specificã corrumpitꝰ et ab eo eiꝰ virtus ꝓrsus auferꝰ. Exẽplũ primi est opium qđ frãgit eufor biũ et castoreum qđ frãgit opium. Exẽplũ scđi est terra sigillata et alleum q̃ substantiã veneni aut ꝑ vomitũ aut ꝑ sudorẽ resoluunt. Exẽplũ tertij est smaragdus q̃ venenũ fugat ⁊ attrahit vsqꝫ in extremitates mẽbra. Exẽplũ quarti est forma specifica opposita veneno q̃ in naturalibus ĩuenitꝰ vt in lapide bezoar ⁊ in artificialibꝫ vt in diuina et nobili cõpositione tyriace ⁊ ꝑmixtiõe oĩm singulariũ medicinaꝝ simul cõfectaꝝ resultãte. et qꝛ in tyriaca est virtus cõplexionalis multaꝝ medicinaꝝ venenũ frãgentiũ: ideo bñ dictũ est ꝙ tyriaca est medicina cõplexionalis ad venena. et ex positiõe tali resultat res diuina q̃ potiꝰ est ab extra ꝙ̃ ab intus: scꝫ forma arificialis q̃ om̃i veneno opponitꝰ. et ideo bñ dictũ est ꝙ ipa bezoar est cibus venenis: licet magis et minus. Et licet quedã sunt magis bezoar ad quedẽ venena ꝙ̃ ipsa. Verũ ipa est ad oĩa. ⁊ ideo mater oĩm medicinaꝝ a medicis est appellata.

¶ De lapide Begaar ex Pandectis. Caplm̃. lxxxiiij.

Lapis Begaar latine vel lapis liberãs a venenis arabi. Hager Begaar. Begaar est nomẽ persicũ et est expellens nocumẽtũ. et hoc nomẽ cadit in vim. et est ꝙ cadit super omnẽ medicinam conuenientem alicui veneno eo ꝙ resistat virtuti eius et expellit nocumẽtũ eius ꝓpter ꝓprietatẽ q̃ est in eo. et scd̃m ꝙ cadit super lapidem notũ qui cõuenit oĩbus venenis calidis ⁊ frigidis cum tota sua substãtia ⁊ resistit ei bibitꝰ aut suspẽsus patientẽ. Colores lapidis Begaar sũt multi. nã ex eo ẽ citrinꝰ velut putrilẽtꝰ ⁊ machaici. Et ille q̃ ꝑticipat viriditati ⁊ ille q̃ albedini. Melior vero oĩbꝫ est citrinꝰ et plus putrilẽtus. ⁊ ĩ hoc differt excerasten cũ Begaar. Et expositio eius est ꝯtra venenũ. ⁊ minera est in terra sui ⁊ indie. et in terris oriẽtis ⁊ multi lapides assimilanꝰ ei q̃ nõ hñt suã ꝓprietatẽ nec approximant ei in operatõibꝫ aliq̃bꝫ. Et quidã est qui dicitꝰ Cobehori ⁊ marma. et est lapis in quo nullus sed multi errant in alio qui dicitꝰ chides.

⁊ est lapis multe bonitatis mollis tactu mollicie sine supfluitate. Et idē auctoritate Rasis. Begaar est lapis citrinꝰ mollis nō hn̄s saporē vn̄ et lapis est vergens ad citrinitatē et albedinē. hn̄s colorem vini. ⁊ est splendēs sicut lumen: et est leuis. Posse. Serapio. lapis Begaar conuenit venenis. et qn̄ bibitur ex eo pondus. ij. granoꝝ ordei. aut linimentū fiat cum eo supra morsus liberat a morte et expellit venenū per sudorem. et qn̄ ponitur lapis in annulo et ponitur in ore illius qui sumpsit venenū et sugit eum aliq̄ntulum cōuenit ei. Et qn̄ tangit̄ cuꝫ illo lapide aculeus scorpionis ꝓhibet ab eo potentiā pungendi. Et si teritur ex eo pondus duoꝝ granoꝝ ordei et dissoluat̄ in aqua et ponat̄ in ore serpentis suffocat ip̄m statim et occidit. et ego vidi in ipso sufficientiam ad auferendum nocumentū. et erat lapis ille quem vidi vergens ad citrinitatem et albedinem habens colorem vini. et cum hoc erat leuis splendens sicut lumen. Etiam vidi in eodem sufficiētiam illam quam non vidi in alia medicina simplici. immo ꝙ etiam non vidi tyriacis compositis. Unde lapis iste Begaar conuenit veneno scorpionis et idem autoritate Rasis lapis Begaar conuenit veneno scorpionis quādo portatur in annulo ⁊ sculpet in eo imaginē scorpionis signo sagitario ascendente. Deinde sigilla cum eo ob libanū existente in scorpione quod tritum exhibe patienti ad potandum et euadet ab dalla anarach id est a veneno. vidi lapidem Begaar amari a custoditore legis dei et est verum: quia ipse emit hūc lapidem ⁊ dedit in precium huius palacium Cornube in principio guerre.

¶ Finiunt Petri de abano remedia venenoꝝ.

¶ Tractatus magistri Arnaldi de villa noua de arte cognoscendi venena cum quis timet sibi ea ministrari.

Omēs de venenis caueat sibi de manu cuius recipiet cibos et potus suos ꝛ maxime potum viri ꝛ attēdat de colore odore et sapore oblatorum. Nā quicq̄d nō fuerit dulcis delectabilis saporis puta amari acuti acetosi stiptici ꝛ pōtici erit suspectū. attñ dolosi decipiūt addēdo modicū ex venenis cū cibis delectabilis saporis ꝛ maxime dulcibꝫ acetosis ꝛ acutis. Cum insipidis aūt sicut cuꝫ canibꝫ aqua ꝛ brodio carniū simplici nō pñt sic venena addi sine mutatione saporis. Quicq̄d etiā odorē hēbit horribilem fetidum et illaudabilem suspectum erit et vitandū. necnon ea que varioꝝ coloꝝ sunt sicut farsitia limonia et oīa sallamenta varijs coloribus colorata aqua etiam iuxta quam inhabitant animalia seu reptilia venenosa est multum vitanda.

¶ De ingenio resistēdi venenis ꝛ nocumētis eoꝝ priusq̄ assumant.

Expedit etiam tunc vt veneno resistentia p̄assumant sicut ficus nux auelana pistate cum se vel cum ruta simul iūcta. Ex his etiā sunt cortex pomi citri et limonis allia et cepe q̄ omnia calida sunt. et ideo tutius sumi possunt tēpore tēperato et frigido q̄ tempore calido et estiuo.

¶ De signis certificātibꝫ q̄ q̄s iā venenū assumpsit aut aīali venenoso iam morsus fuit et de regimine eoꝝ in vniuersali. et primo de modo p̄uocandi vomitū et reiciendi venenū.

Si quis iam venenum assumpsit aut animali venenoso iam morsus fuerit q̄ in parte ex signis p̄teritis scire poterit. nec non doloribus et torsionibꝫ in stomacho et vētre contingētibus. ꝛ āgustia p̄cordioꝝ vomitu ꝛ fluxu vētris cū sudore frōtis ꝛ vultu frigido et colore palido. et pulsu debili et inequali et inordinato sincopim minantibus conetur celariter ad vomitum prouocandum et reiectionem assumptorum. Sumant ergo festinanter magnam q̄titatem aque decoctōis aneti. ꝛ imposita in ore pluma in oleo intincta vel digitis p̄uocet vomitus. deinde comedat magnā q̄titatē butyri vel sorbeat multū lac. quo facto p̄uocet vomit⁹ iterato aut dissoluant

in magna q̄titate aque calide.ʒ.ii.stercoꝛis pulli galinacei.et sumat
ea et post paululū vomitus ꝓuocet̃.⁊ in summo vnctuosa sicut olea ⁊
anxugie cū hoc ꝙ ꝓuocāt vomitū interponūt se velut scutū inter mē-
bꝛa ⁊ venenū.et multū calida et sicca sicut allia ⁊ cepa sal ruta ⁊ silia.
consumunt ipsum venenum ita ꝙ interdum in venenis frigidis sicut
in moꝛsu scoꝛpionis non exigatur alia medicina.

¶ De arte regēdi mēbꝛū a venēis moꝛsū vl' instro venēato vulneratū.

Est tn̄ sciendū ꝙ an̄ oia est mēbꝛi moꝛsi a venenosis pars su
perioꝛ stricte ligāda ne venenū mēbꝛo affixū seu derelictum
per venas superioꝛes vsq3 ad coꝛ et alia mēbꝛa pꝛincipalia
extēdat̃ ⁊ moꝛtē inferat patiēti. et loc⁹ moꝛsus est ꝯsequēter sacrificā
dus.et a loco sacrificato venenū cū vētosa ⁊ igne est foꝛtiter attrahen
dū.aut etiā oꝛe alicui⁹ sugendū qui nullā excoꝛiationē ragadiā vel vl
cus in oꝛe vel in dēte patiat̃ eritq3 securius sibi si aliq̄tulū pꝛi⁹ come
derit ⁊ biberit.nō tn̄ tm̄ confert patiēti.decet etiā q̄ pꝛius gargarizet
et oleū per se solū vel cū vino mixtū ⁊ cū eodē oleo vel violato ꝓpꝛia la
bia limat seu iungat.et demū sugat̃ sicut dictū fuit ⁊ sequēter suppo-
nant̃ medicamīa veneni attractiua ⁊ labia moꝛsure apta tenētia ⁊ do
loꝛis mitigatiua.ex quib3 sunt mētastrū stercus colūbinū ⁊ anatinu3
sulfur asa fetida ⁊ sal cōmune allia ⁊ lapis iudaic⁹ ⁊ semē pomi citri.
Quodcūq3 igit̃ istoꝝ pꝛius repertū fuerit bene tritū ⁊ cū melle mixtū
suponat̃ loco moꝛsure donec doloꝛ et mala accidētia ei⁹ cessent. Qd' si
doloꝛ nō remitteret̃ s3 potius augeret̃ celeriter deponant̃ p̄dicta me
dicamina ⁊ anteq̄ comedat colūbus p ventrē fissus aut pullus galli
naceus vel gallina loco moꝛsure actualis caliditatis supponant̃: ⁊ q̄
cito patiēs ꝑcipiet caloꝛē actualē alicuius ex auibus pꝛedictis infrigi
dari vel tepefieri deponat̃ ⁊ alia eodē modo pata supponāt̃ ꝙ sic cōti
nuet̃ donec doloꝛ mitiget̃ vel cesset omnino. Quod si p̄dicte aues non
possunt inueniri superponatur emplastrum et farina tritici et oleo
communi simul coctis.

¶ De arte ministrādi medicinas tyꝛiacales ⁊ liberātes a venenis.

His igitur expeditis celeriter offerātur eis oībus si possunt
haberi pōdus.ix. granoꝛum oꝛdei ex smaragdo electa sub-
tiliter puluerizata et dissipata cum sufficienti q̄titate vini
vel dectionis aneti si patiens frigus patiatur magnum sicut con-
tingit in moꝛsu scoꝛpionis et in sumptione similiū venenoꝛum frigi
doꝛum. vel si statim estuationem magnam et sitim. tunc enim sma
ragdus et cetere medicine tyꝛiacales pꝛopinande sunt cum aqua
vel lacte potius q̄ cum vino vel decoctionibus rerum calidarum.

De efficatia etiam bezaar animalis nō est dubiū. sed quia non inueni
tur apud nos. ideo non curo. De bezaar etiā minerali licet omnium
sententia cū summa efficatia omnibus resistat venenis quia tamen
rarissima est copia eius: ideo nō curo. verū qui non poterit hr̄e ex sma
ragdo saltē hēat secū semen pomi citri dulcis vel acetosi. ex quo tp̄e
p̄dicto a cortice suo mūdato ꝛ trito sumat. ʒ. ij. cum aqua vel vino b̄m
exigētiā accidētiū p̄fatoꝝ. Ex cōpositis aūt medicinis potior ē tyriaca
magna electa ꝛ bn̄ fermētata ex qua offerēdū erit tūc. an. ʒ. semis vsqꝫ
ad. ʒ. j. cū vino vel aqua sicut dictū fuit ꝛ post ipam est metridatū cōpo
sitū ꝛ bn̄ fermētatū ex quo etiā erit offerēdū eodē mō tātūdē vel parū
plus. Et post has ē dyatesserō de quo etiā offerat̄ eodē mō. an. ʒ. i. vsqꝫ
ad. ʒ. iij. Et alie sunt tyriace ꝯposite multū vtiles in ꝓposito. sicut ty-
riaca ex nucibꝫ ex inuētiōe Gali. ꝛ tyriaca ex alijs quā inuenit Auēzoar
ꝛ plures alie: sꝫ q: p̄dicte sufficiētes sunt ī oībꝫ: iō nō curo p̄terq̄ de ty
riaca ex cācris fluuialibꝫ a Ga. ꝯposita. ipa em̄ nō hꝫ parē ī morsu ca
nis rabidi nec est dubiū de ei⁹ efficatia cui⁹ ꝯpositio ē hec. Recipe thu
ris gētiane ana. ptes. v. cācroꝝ fluuialiū vstoꝝ ptes. vi. terant̄ ꝛ ī pul
uerē reducātur. ex quo prima die. ʒ. ij. offerātur ꝛ augeat̄ dosis ī omī
die p. ʒ. semis ita q̄ nona die sumat ex eo. ʒ. vj. dispersatas semper cū
vino vel aqua vel vtriusqꝫ simul.

¶ De significātibꝫ egressum et expulsionē veneni a corpore ꝛ per
fectionem operis medicine tyriacalis ꝛ cōuenienti regimīe patiē
tis tūc in somno vigilijs cibis et potibus.

Cessante aūt dolore interi⁹ ꝛ exteri⁹ et pulsu patiētis robora-
to ꝛ ordinato ꝛ reparato colore ipius naturali poterit ligatu
ra mēbri si violēta fuerit aliquātulū dilatari ꝓuocato tn̄ pri⁹
vomitu sicut dictū fuit ꝛ sumpta medicina tyriacali nō tn̄ ꝑmittat̄ in
terim aliquo modo dormire nec labit morsure clausi seu sup eā crustu
lā gn̄ari. ꝛ postq̄ medicina sumpta a stomacho exierit seu descēderit ꝛ
opus suū pfecerit ad qd̄ admin⁹ exigūtur octo hore reficiat̄ patiens ci
bis ꝯgruis in ꝓposito. ꝛ cerebra qd̄ē gallinaꝝ assata ꝯferūt sui ꝓprie
tate tā morsure a venenosis q̄ his q̄ ꝑ os venenū assūpserunt. Vitella
aūt ouoꝝ ꝓsunt in ꝓposito et similiter facit cortex limonis in cibo sū-
ptis ficus nuces ruta ꝛ mel cepe ꝛ allia auelane pistacee. et multū sal
preterq̄ in morsu canis rabidi ꝛ panis bn̄ patus ꝛ brodiū pulloꝝ galli
naceoꝝ ꝛ signāter. Et ex ꝓprietate ei quem momordit canis rabidus
Cōfert etiā p̄dictō eius cauliū ꝛ carnes cācroꝝ fluuialiū. ꝛ eoꝝ ꝺcoctio
eisdem plus ceteris cibis tam in vita q̄ medicina. Confert etiam
ei brodium laudidabile auiū puta turtuꝝ perdicū ꝛ starnicoꝝ: sed nō

coluboꝝ. ⁊ oēs morsi a venenoso aīali debēt vitari ī gn̄ali carnes oēs Sꝫ alij qui venenū assumpserūt possunt bene vti pullis gallinaceis Cōpetit etiā eis ⁊ signāter morsis a scorpione multus potus vini fortis. et sciendū tn̄ ꝙ predictum regimen competit predictis qui patiūtur frigus: sꝫ nequaꝗ̄ patiētibꝫ estuationē magnā calorē ⁊ sitim ī mo tūc reficiēdi sunt pane mediocriter fermētato ꝑ se vel cū modico butyro: debēt fugere poma acria vel mala granata acetosa ⁊ si etiā fuerint vehemēter inflāmati comedāt herbas frigidas puta lactucas rostrū porcinū endiuiā ⁊ cucumeres nō tn̄ omittāt oīno esū ficuū atqꝫ nucū. parū tn̄ ex eis assumāt. nec sumāt ī potu nisi secaniabin vł aquā cū modico vini. ⁊ cū duobꝫ vel tribꝫ diebꝫ sic cibat⁹ fuerit. sumat iterato aliquā ex p̄dictis medicinis tyriacalibꝫ ꝫm modū p̄dictū. ⁊ postꝗ̄ eius oēs opatiōes naturales oīno salue fuerūt redeat paulatim ad ꝯsuetudinē suā. Est tn̄ ꝯtinuād⁹ vsus ēplastrorū seu linimētoꝝ ⁊ ciboꝝ medicinaliū ī eo q̄ morsus ē cane rabido vsqꝫ ad. xl. diē. licet vt plurimū ei⁹ mala accidētia ꝯsueuerint appere circa. xiij. diē vel circa. xiiij. diē.

¶ De ingenio resistendi nocumentis animalium venenosorum.

Sciēdū ꝙ sicut esus p̄dictoꝝ ciboꝝ tyriacaliū p̄seruata a nocumēto venenoꝝ sumēdoꝝ. sic fumigiū ex galbano factū ex vngulis carpaꝝ. ex capillis hūanis ex sulphure sinapi sinono ⁊ opio fugant oīa aīalia ⁊ reptilia venenosa. ⁊ siliter fumigiū scorpionis oēs fugiat scorpiōes. Horum aūt oīm artificialis cautificatio inutilis est omnino nisi a deo benedicto ⁊ efficaci ꝓtectore oīm aduersorum misericorditer dirigatur.

Finis tractuli pulcerrimi de venenis magistri Arnaldi de villa noua.

¶ Additio.

Nota ꝙ curatio veneni fit aliquo istoꝝ quattuor modoꝝ. Primo qꝛ vel frāgit acumē ei⁹ sicut opiū frāgit euforbiū ⁊ castoreū frāgit opiū. aut substātia ei⁹ resoluit vt terra sigillata ⁊ alliū q̄ substātiā veneni aut ꝑ vomitū aut ꝑ sudorē expellūt. aut ip̄m venenū expellit a medicina hn̄te ꝓprietatē occultā vt smaragd⁹ venenū fugat et attrahit vsqꝫ in finē extremitatis mēbri. aut ip̄m venenū ꝑ oppositionē specificā corrūpit. et ab eo ei⁹ virtus ꝓrsus aufert. vt a lapide bezaar vel tyriaca ꝓbata.

¶ Incipit tractatus de epidimia et peste dñi Valasti de tarenta regis francie prothomedici excellentissimi. Prologus.

Remeditās ꝓcellam humani generis morbis epidimialibꝫ continue illatā in honorē dei ⁊ ꝟginis gloriose ⁊ ne cādela sub modio recōdatᷣ: decreui salubria remedia īserere libello. quē ꝑlegētibꝰ ⁊ ꝟm illū operātibꝫ aliqualē imo cū dei auxilio morboꝝ epidimialiū ꝑfectam afferent securitatē. et q̄ refert Seneca: optimū est alioꝝ vestigia sequi. ideo in meis ꝑuis nō ꝯfidens viribus destinaui tales imitari sapiētum actorū lectorē huius libelli humili atqꝫ verendo exorans vultu et benedicta cū gratia et amore recipiat nō inuidiosa rabie corrodēdo. Et si q̄ sint minꝰ bene relata. illa cū caritate ⁊ dilectiōe benigne tractet interpretādo ⁊ ad meliorē reducat intellectū.

¶ Capl'm. j. qualiter et a q̄bꝫ causis ⁊ quo tp̄e causetᷣ epidimia.

Quod vidimus testamur ⁊ quod testamur verū est cū nullus in libris scribere queat nisi qui vidit ⁊ a priorib꜡ didicit vel illa q̄ in ratione stāt. dico ergo ꝙ epidimia venit aliq̄n in tēpore calido vt ī estate vel autūni principio. ꝓpter qđ auicēna fen. scđa primi doctrina scđa summa prima capitulo nono dicit ꝙ pestilētia et

aeris putrefactio scdm plurimū venit in postremo estatis et autūno vnde Ipocras. In autūno acutissime egritudines fiūt ⁊ maxime mortifere vt in pluribꝫ. ver vero sanissimum et minus mortiferum tertio amphōrum amphō decimo. idem dicit Rasis quarto ad almansorem capitulo de mortalitate ⁊ cautela eius. Et ratio quare tūc magis venit est quia aer est tūc magis paratus ad recipiēdū malam dispositionem et copora tūc sunt magis parata propter debilitatem caloris factam per resolutionem et per consequens propter indigestionem. cuꝫ debilitas digestionis sequatur debilitatem caloris naturalis. et propter comestionem fructuum. Et vidi sepius ꝙ tunc magis moriebātur homines bene complexionati et sangninei et bene colerei. et hoc ꝓpter magnam resolulutionem que in eis fiebat. Et illi citius pericitantur quorum humores sunt subtiliores. et habētes raritatem pororum. spirtus resoluuntur in eis cum calore naturali: fit ergo in eis magna resolutio ad quam sequitur debilitas. Et licet istis prius accidat epydimia quia patiores sunt tamen contagiosus est morsus ⁊ sic alios cuiusqꝫ complexionis sint potest inficere cum ab eis fumī mali et venenosi aerem ⁊ humores corrumpentes procedant et aer expiratus ab eis expiratum vel correptum: et alios inspirantes eum ex isto sequitur manifeste ꝙ assistentes debent aduertere faciā suam ab eis versus ignem vel versus fenestrā vel portam vt non attrahant aerē ab eis expiratum et lesum. Scdo sequitur ꝙ infecta dispositione egri bonum esset si egri crebro mutarent non solum lectum imo cameraꝫ et domum vt attraherent aerem nouum non tantum infectum sicut est ille vbi starent semper. Etiam locus nō debet esse strictus sed spaciosus. et aer eius semper alteratus ad partem frigiditatis. Epydimia etiam quandoqꝫ venit in fine autūni. vt si estas fuerit multum pluuiosa vel per multum tempus sufflat ventus australis. Et autūnus qui de natura sua debet esse frigidus et siccus efficiatur calidus et siccus. vel diu sufflat ventus subsolanus siue orientalis quod idem est vel calidus et humidus pre nimia continuatione ventorum meridionaliū cū turbulētia aeris et eius spissitudine ⁊ nubiū multitudine tunc merito venit pestilētia: maxime si cū istis fuerit mala vel maligna influētia: vt cū saturnus est in domo sua: scilicet in capricorno et aquario ꝑut modo est q: nūc. xxv. octobris anni millesimi quatercētesimi primi quando iste tractatus fuit compilatus saturnus erat ī duodecimo gradu capricorni et similiter in scorpiōe in domo sua ad eundem diem q̄ operanť malignitatē et perficiūt malitias suas sicut qui libet facit volūtatē suā in domo sua ꝑut alibi meliꝰ ē videre. Ideo qñ

ista ɔcordāt deterior fit epydimia ꝑpter qd̄ dicebat Aui. ī quarto ꝙ pri cipiū hoꝝ oīm ē forme ex formis id ē influētia planetaꝝ ⁊ ɔstellatiões faciētes eē necessariū illd̄ cui⁹ euēt⁹ ignorat̄ ⁊c. Et seq̄t. Et oportet ꝙ prima causa lōginqua q̄ sūt figure celestes ⁊ ꝑpiqua illi⁹ q̄ sunt dispo sitōes terrestres siue ergo vēti suffiēt ꝑ excellētiā siue fiāt pluuia vel ni mia siccitas siue frigiditas q̄bꝫ mediātibꝫ alteret̄ vel corrigat̄. Cau sa oīm hoꝝ sūt influētie celestes ⁊ hoc videt̄ dicere Aui. vbi supra. Cō stat tñ ꝙ aliq̄ñ ex sola radice inferiori vel cadaueribꝫ nō sepultis aer putrefit ⁊ epydimia ḡnat̄. Notādū tñ ꝙ q̄tūcūqꝫ itēdat̄ aeris ɔplexio ni in qualitatibꝫ primis nūq̄ ḡnant̄ morbi pestilētiales donec putre fiat. verūtñ aliq̄ ḡnant̄ egritudines ex qualitatū intēsiōe ei⁹ q̄ nō me rent̄ dici epydimiales. Notādū etiā ꝙ aer nō putrefit in se rōne sui cū sit corpus simplex. sꝫ rōne vapoꝝ admixtoꝝ: quia aer nō circūdās nō est purus ꝫm Aui. in scda fen. primi. qñ ergo putrefit aer ⁊ incipit pu trefacere humorē: q̄ a corde circūdatus est. q̄m ad ipꝫ ꝑpinqui⁹ accedit vt ait priceps aboali fen. scda primi doctrima scda summa prima ca. ⁊ ꝫm hāc viā ḡnant̄ epydimie ⁊ egritudines pessime vt antraces car bunculi et silia. Aliq̄ñ venit etiā epydimia in tp̄e frigido ⁊ tali tp̄e cō culcātur hūores: ⁊ nō fiūt resolutiōes debite maloꝝ humoꝝ imo reti nent̄. Et ista fiunt maxime in tēpore sterili cū abūdātia fructuū et sic magis infirmant̄ ⁊ destuūtur hoīes pleni ⁊ sanguinei. vñ Haly de re gali dispositōe libro. j. c. xvij. Plurimū timēt aduētū pestilētialiū mor boꝝ quoꝝ cōplexio calida ⁊ humida est ⁊ q̄ pueri et adolescētes q̄m cō plexio calida et humida amplius his d̄nant̄. Et subdit quare oportet eos multiplicare sanguis minutionē ⁊ augere vsum eoꝝ q̄ refrigerāt ⁊ desiccāt. Etiā repleti tali tp̄e ɔsueuerūt perire frequēti⁹ et egrotare q̄m hn̄t poros opilatos ex hūoribꝫ grossis ⁊ viscosis. Nā viscositas hu moꝝ ⁊ eoꝝ grossicies et eoꝝ supabūdātia sunt cause opilatiōis scdo te gni cōmēto. hūile simul. Et opilatio ē causa putrefactōis ⁊ ꝑ ɔsequēs febris tertio tegni cōmēto. ferūt em̄ si ita ɔtingat ergo ī eis ḡnant̄ fe bres et ꝑ ɔsequēs epydimiales morbi q: in tali tp̄e raro ḡnant̄ alie fe bres p̄ter epydiamales. Htc manif⁊ste sequit̄ ꝙ nimia repletio nouel la debet euitari. Sequit̄ scdo ꝙ repletio nimia debet minui cū appro priato laxatiuo siue flebothomia. Sequit̄ tertio ꝙ cibi ḡnantes gros sos ⁊ viscosos humores tali tēpore debēt euitari. Volo etiā te scire ꝙ siue epydimia veniat in estate siue in hyeme hoīes humores dissoluti in coitu abutentes citius succūbunt ꝑpter virtutis eoꝝ debilitatem. Ista ꝑpositio est Cōstantini. v. sue theorice. cap. de coitu vbi dicit sic. Oportet ergo sic regi in infirmitatibꝫ vt in pestilētia tēporis ⁊ corru

ptione aeris coitus vitet. Nolo etiã te ignorare ꝙ tp̃e epydimie illi ci
tius piclitãtur ĩ quoꝝ domibꝫ sunt fetores pticulares. sicut fetor latri
ne siue cãnalis vel sentine dom⁹ vbi supfluitates decurrunt. sicut loc⁹
vbi ponunt vasa cũ aqua in qua abluũtur vtẽsilia domus. maxime si
aliq vrinã frequẽter deponũt siue supflua grassiora ⁊ hoc sepissime vi
di p experiẽtiã. ⁊ cã isti⁹ est q: corruptio aeris vniuersalis multiplicat
⁊ fortificat p pticularẽ. Ex isto sequit ꝙ dom⁹ debẽt eẽ mũde ⁊ sine fe-
tore quocũqꝫ. Et dñt fieri suffumigia ad hoc vt aer alteret. ido ẽ caute
la vbi epydimiati iacẽt ꝙ nos vidẽtes ipos debem⁹ stare ppe ignẽ: q:
alterat aerẽ ꝯsumẽdo malos hũores: ideo fumi gñati ex bõis ⁊ mũdis
lignis mediãte igne nouũ aerẽ repant. q̃ nõ nocet aspirãtibꝫ imo po-
tius iuuat cor ꝯfortãdo ⁊ a malo ꝓseruãdo q: nõ est corrupt⁹. Cũ ergo
tp̃a epydimie sint diuersa oportet regimẽ eẽ diuersum saltẽ in aliq̃bꝫ
rebꝫ. nõ eñ idẽ videt esse regimẽ ꝓseruatiuatiuũ in estate ex toto ⁊ in
hyeme: ideo ĩ pcessu cũ dei auxilio videbit aliqualiter diuersitas.

¶ Capl'm scd̃m de signis pnosticis et ostẽsiuis epydimie.

PRonosticabit epydimia eẽ vẽtura qñ pdicta signa vl' aliqua
seu plura ex eis appuerint: scꝫ qñ in fine estatis et ĩ autũni
pricipio mltiplicabũt impssiões ignite ⁊ cometa quas phũs
vocat capras saltãtes hiat⁹ voragies sanguinei colores stel
le cadẽtes tũc eñ magna fit resolutio in corpibꝫ cũ ista nõ fiãt nisi ab
exalatione inflãmabili. Scd̃m signũ est multitudo aĩantiũ aliquoꝝ
supra terram non consuetorum sicut ranarum/bufforum/et locusta-
rum. Tertium signum est quando multiplicantur venti meridiona
les ⁊ subsolanus et nubium vapoꝝ ⁊ pluuiarum appentium multitu
do sine effectu qñ ista omnia vel aliqua ex istis apparẽt cõplexio hye-
mis corrũpit ⁊ p ꝯsequẽs epydimia supuenit hyemi. Si aũt ver fuerit
frigidũ ⁊ siccũ sine pluuia ⁊ flauerint vẽti meridiõales ⁊ est turbatio
aeris ⁊ calido ei⁹ quasi p octo dies. deinde clarificat ⁊ exinde ꝯturbat
⁊ fit hoc frequẽter tũc epydimia venit in estate ⁊ cũ hoc dies calidi ⁊ no
ctes frigide. Silr qñ estas nõ est calida cũ multitudine nebulaꝝ ita ꝙ
aer nõ clarificat imo ẽ turbidus. Silr qñ eadẽ die aliqñ vero frig⁹ ali
qñ estus autũnales egritudies expectare oportet: id est inequales ter-
tio. aphorismoꝝ aphorismo. v. Silr qñ duabꝫ vel tribꝫ diebꝫ ẽ calor et
totidẽ frigus. Notãdũ est ꝙ qñ accidit aeris putrefactio qñqꝫ plus le
dunt existẽtes ĩ bono aere q̃ in malo vt visum est frequẽter de incarce
ratis ⁊ captiuis ĩ fundo turriũ ⁊ de hitãtibꝫ ĩ vallibꝫ. qm̃ isti nõ moriũ-
tur ⁊ hitãtes ĩ bono aere id est ĩ loco vbi ꝯsueuit esse bon⁹ aer in tp̃e qñ
nõ est epydimia tales recipiũt impssiões malas citi⁹ ⁊ moriũtur citi⁹

tpe eppdimie. vñ Aui. c. d aere bono. Cũ vo i aere accidit putrefactio cõis discoopt⁹ tũc erit magis recipiẽs ipm quẽ ↄstrict⁹ ⁊ occult⁹. aliter aũt discooptus melior existit vñ cũ veniũt morbili aliqñ variole aliqñ obtalmie ⁊ alia hmõi. ¶ Capl'z tertiũ de p̄seruatõe ab eppdimia per aeris corruptiõem et per recessum a loco in quo est.

Multo facilius succurrit' in p̄seruãdo. imo securius q̄ in curãdo. postq̄ actualiter egrotãt: ido de p̄seruatiõe dicam⁹. Preseruatio a pestilẽtia est fugere nõ solũ locũ imo etiã totã terrã sicut dicit Rasis ⁊ q̄to lõgi⁹ tãto securi⁹. q: q̄ nõ est i aere corrupto ⁊ putrefacto nõ corrũpit' ab eo sicut ille nõ morit' i p̄lio q̄ nõ ẽ i eo. Si aũt oportz manere i loco vbi est talis pestilẽtia tũc primũ adiutoriũ sumit' ab aere dom⁹ in qua manet. nã dom⁹ dz eẽ mũda a q̄buscũq3 sup̄fluitatibz maxime q̄ gñant fetorẽ lõge a fimatorijs ⁊ ab aq̄s stãtibz et orificia latrinaꝝ sint cã. qñ aer ẽ caliginosus seu nubilosus nõ surgat de mane. etiã qñ flat vẽt⁹ australis vel subsolan⁹: sz fiãt suffumigia īfra dicẽda. ⁊ qñ surgit odoret acetũ ⁊ aquã rosatã: qd odoratũ valet tpe calido ⁊ frigido: q: restrĩgit ⁊ ↄfortat cor. nõ discurrat p villã sz occupet' p domũ clausis ostijs ⁊ fenestris cũ vitro vel pãno incerato vt lux intret ⁊ nõ aer putrefact⁹. oĩs ergo fetor euitet'. ⁊ boni odores multiplicẽt' tpate. In estate tñ cũ rebz sp frigidis. Et si i hieme odorẽt' aliqua calida vel cũ eis suffumiget' vt ẽ muscus ãbra nõ erit error vt dicit Aui. q̄ docet aerẽ alterare cũ ãbra thure lignoaloes et sĩl'ibz. Scdo pbo q̄ ista odorifera ñ nocẽt q: fetores sũme nocẽt vt visũ ẽ. ergo arõatica ⁊ bõi odores iuuabũt p regulã. Si oppositũ i opposiot ⁊ ppositũ in pposito. Tertio q: isti desiccãt aerẽ qd ẽ necessariũ i pestilẽtia q̄ veit i hyeme. Quarto q: ↄfortãt cor ⁊ cerebrũ. ⁊ si dicat' q̄ ẽ timẽdũ de calefactõe cordis. rñdeo q̄ ñ supcalefaciũt neq3 hũores circũstates corrũpũt' a caliditate aeris nec ab illo modico fumo vl' vapore ab arõaticis eleuato: sz poti⁹ ab aere corrupto ⁊ putrefacto. Et si dicat' q̄ isti vapores calidi sunt vehiculũ aeris putrefacti ad cor. Non ẽ verũ q: etiã sine istis aer putrefact⁹ ⁊ corrupt⁹ subitrat camerulas cordis: q: velim⁹ nolim⁹ aerẽ attrahim⁹. Restat ergo q̄ ista nõ nocẽt maxĩe i hyeme q: iste vapor ab aromaticis resolut⁹ modicus ẽ ⁊ familiaris nature ⁊ ex eo sp̄s refocillant' put est videre in sincopizãtibz. Primo fiat suffumigiũ de mane et maxĩe p diuitibz tpe frigido cũ ãbra thure lignoal es storace laudano croco mastice gariofil'. et cinamomo. qd dũ ardet facit bonũ odorẽ. et aliqñ cũ terebẽtina et squinãto cũ oĩbz istis vel aliq̄bz. si oĩa nõ hẽant' fiat cũ lauẽdula rore marino iunipio cipio sauinia ⁊ acoro. ⁊ ista maxime ligna ardeãt in domo vel ex eis fiat suffumigiũ supra car

bones icēsos. Jsta pdicta sunt aromata calida. Si vo fiat aromaticis frigidis iuuabūt multū sanos ⁊ iā actu egros. s. cū sandal' rosis folijs salicis floribꝫ nenufaris. ⁊ sic d alijs. ⁊ cū aceto ifuso supra tegumē ardētē vl' ferrū. et etiā cū coriādro folijs qrc⁹ cāfora ⁊ cū corticibꝫ maloꝝ granatoꝝ tamarisco ebano mirto arbusto ribes. Cū istis suffumiget' dom⁹ et hēant' i manu ⁊ odoret' sepe et sp camera vbi dormiūt suffumiget' etiā cū pdictis q camera sit iter duo sollaria vndiqꝫ clausa vl' ppe terrā dūmō nō sit reumatica. Camera etiā supior nō hitet': q: citi⁹ attigit' ab āssuētia ⁊ si aliqua spiracula vl' fenestre dnt apiri. apiāt' q sūt vlus septētriōalē. ⁊ q sūt ad meridiōalē ⁊ orietales claudāt'. securi⁹ tn̄ ē ꝙ teneāt' clause cū vitro vl' pāno icerato. Jn tpe aūt calido ponāt' circa pietes dom⁹ vl' cāere rami salicis thamarici qrc⁹ ⁊ cānaꝝ ⁊ sternat' dom⁹ cū iūcis ⁊ folijs salicis vl' nenufaris vl' violaꝝ. ⁊ roret' dom⁹ cuꝫ aqua fōti aceto ⁊ aqua rosata ⁊ fiāt suffumigia cū rebꝫ arōaticis frigidis bis aut ter i nocte dieqꝫ ⁊ stēt i tali aere etiā linteamia madefctā i aqua frigida ⁊ aceto sint appēdētia circa pietes ⁊ domos et caueāt a visiōe ⁊ puersatōe hoīꝫ ifectoꝝ a tactu. ⁊ si fiat vitat' facies ⁊ odoret acetū. Fiāt ptaplore ⁊ vas ipleat' aqua i vase quoꝝ fit foramē cera obturatū qd qdē cū puo stilo pforet' ⁊ aqua exiēs cadat supra peluim melodiā faciēdo.

